


BIBLIOTECA HOSPITAL REAL
GRANADA

Sala: _____

Estante: _____

Numero: _____



L. 1. 1. 1.

N. 11271

D. IOAN. HOROZCII
COVARVIAS
DE LEYVA
EPISCOPI

Agrigentini.

EMBLEMATA
Mosiam

LIBER PRIMVS.

*Caput primum in quo qua sint Em-
blemata, signacula, insignia,
diuisa, Symbola, Pegma-
ta, & Hieroglyphi-
ca declaratur.*

VEM ADMODUM
res omnes diuinae
in se virtutem que
in eis lucet, represen-
tando nos ad vniuer-
satis authoris mediatione addu-
cunt: idque non sine magna ani-
mi voluptate. Sic & earundem reru
pictura vi similitudinis pariter &
A mente n

M. de...

...



*Pictura
& excellentia*

mentem ad superiora contemplanda dirigit, simulque animum adeo reficit, vt interdum, quæ naturalia sunt, non ita delectent, atq; ea, quæ artis æmulatione ad viuum expressa conspiciuntur. Vnde hoc Picturæ munus excellentissimum deprehenditur, quòd res omnes ita exprimat, vt permanere faciat: atque hac de causa plurimi semper est habitæ, vt qua admirabiles in orbe terrarum euentus conseruati sunt. Tales enim figuræ sunt omnium communes literæ quæ omni tempore & ab omnibus cognoscuntur. Ex quo apparet, non ab re tales fuisse Egyptiorum literas, quales ad nostrasque tempora in pluribus nouis orbis partibus in vsu fuerunt. Et quoniam sola ex omnibus, quæ veritatem, ac virtutis iter docent, verè dicuntur literæ, has & sacrarum titulo decorarunt. Ad quorum rationem instituta sunt, quæ hoc in opere appellamus emblemata, quauis multa illorū, vt infra videbimus, Symbola, siue, vt in scriptura Sacra, signacula q̄ vulgo impressæ, vocari solent.

Literas factas.

Signacula sunt particularia.

Sunt

Sunt autem illa quæ ad singularem alicuius mentem referuntur, sed ad communem vtilitatem reducta ad aliquid consulendum quod cunctis prodesse possit, signacula esse designant, & fiunt emblemata vt ex inferius dicendis apparebit. Sed & quæ insignia vel diuise nuncupantur, non nihil cum signaculis conueniunt, de quibus ad clariorem intelligentiam singulatim operæpretium est dicere.

Emblema, est pictura, quæ sub vna, aut pluribus figuris aliquid significat: nomenq; ab antiquo opere deductum est, ita dictum quòd ex multis particulis versicoloribus in textis constructum fuerit, quale nunc est tessellatum opus, quod Musiuum appellat: siue ab authore quodam Gotho, qui hanc instaurauit artem siue quod verius crediderim (est. n. antiquum inuentum cuius & Plinius meminuit) ab instrumento & regula Amasis dicta, nomen habuit quæ in dolandis expoliendisque lapidibus in vsu fuit, iuxta vetus adagium. Est autem funiculus extensus quos

Emblema quid.

Plin. li. 36 c. 25.

A 2 multi

*Hinc Mu-
liuarij, de
quibus in
l. 1. de ex-
cus. artif.
lib. 10.*

*Cic. a Eli. 6
in Verrē.
l. pedicu-
lis §. 1. D.
de auro, et
argēto leg.
cum alijs.
Signaculū
quid.*

multiplices in tali opere extendi
neceſſe erat: & hinc nomen obti-
nuit. Dicitur & in ligneis, Emble-
ma, quod Hiſpane Taracea à verbo
Triçar, ex latino truncare nomina-
tur. In argento, & auro tale opus
Ataugia dicitur, quod latine inter-
pretatur vermiculatum ad ſimilitu-
dinem piſturæ, quæ in vermiculis
quibusdam natura mirifice luden-
te conſpicitur, cuius in Câtſcis ha-
betur mentio. In antiquis etiam
crateribus moris erat ornamenta
quædam apponere ad cultū, & vo-
luptatem potus excogitata, quæ ſi-
militer dicebantur emblemata:
quemadmodum ex Cicerone, & iu-
riſconſulto Vlpiano conſtat. nomē-
que à verbo græco deriuatur, quod
interferere, vel intarcire ſignificat.

Signaculum eſt, figura thematis
alicuius ſiue propoſiti, & intenti,
quod cum eius rei ſit finis, quæ mē-
te apprehenditur atq; imprimitur,
impreſſa vulgari nomine nuncupa-
tur. Fuitq; horum proprius, ac legi-
timus olim uſus in bello, & inde ad
haſtiludia tranſlatus, nec non ad
ſingu-

ſingularia certamina, quale eſt il-
lud, quod hic referam, cuiuſdā no-
biliffimi viri Caſtulonenſis: qui ſub
Rege Hérico III alterū ex nobilio-
ribus in monomachiã, puocauit da-
tis literis familiari ſuo: & inter alia
hæc illi referēda mādauit. Ego ipſi
nomine tibi aio, vt qui patrōni mei
vices iuxta literarū fidē gero, quod
prædictus dñs meus, propter iniu-
riæ offenſionem, quam à tuis verbis
accepit, hoc ſignaculum appoſitū
dextero brachio elegit, Solem ſcili-
cet ex auro, & chalibe, & Lunam ar-
genteam, & in ea titulū. POR EL
S O L O, quem propter te vnū ge-
rit in quadam orbita nigra, de qua
illū vt liberares, & ipſe hortatur, & ego
ipſi nomine requiro. Quid verò in
hoc ſignificatū fuerit, nō eſt qđ aga-
tur ſi dē iniuria illata, & ſatisfactio-
ne in partium honorem non opus
eſt agere. Satis autē erit hinc agno-
ſcere in huiuſmodi caſibus talia ſi-
gnacula in uſu fuiſſe, ſicut in milita-
ribus expeditionibus quando nobi-
les, & principes ī exteris regiones
militatum ibant, atq; in his animi

*Prouoca-
tio parti-
cularis ad
ſingulare
certamen.*

*Symboli
uſus in du-
ellis.*

*Insignia
quid.*

*Manipu-
lus ex for-
no.*

*Diuisa
qua.*

sui valorem, & mentem proferebāt
vetustatem in hoc emulantes, cuius
non negligenda sunt testimonia,
de quibus, & infra, vbi de origine tra-
lium signaculorum agendum est.

Insignia, a Romanis signa nūcu-
para erant, quæcūq; in vexillis sub
varijs imaginibus gestabant duces,
fueruntq; primum, quidquid ad
manum inuentum in altum in ha-
stæ cuspide fixum erigebatur. Et
tale fuit ex scæno fasciculus, qui de-
inde consulto fuit in vsu, dictusque
est manipulus & qui illud seque-
bātur manipularij, erantque duz-
centuriz. Sunt qui dicunt in dabijs
concertationibus his aduersus ho-
stes vsos, vt si in manus illorum de-
uenissent, nihil, quo tropheji no-
mine gloriarentur, apprehende-
rent.

Quæ vero diuisz vulgo dicuntur,
signa & ipsa sunt, quibus gestantes
inter se discernuntur: qualia & olim
legiões habuisse nouimus, vt cōstat
ex libro, cui Titulus noticia vtrius-
que imperij à Theodosio Impera-
tore ædito, sic dicto, quod quasi ra-

tiocinium (vt vocamus) regionum
& officialium Imperij esset quo q-
dē verbo eius tēporis, Imperatores
vt latæ ab eis leges ostendunt, vsi
sunt. Et hinc ortum est, quod cū si-
gna illa in militum scutis (vt ibi pa-
ter) impressa gestarētur, nunc etiā,
& insignia nobilium, siue gentilicia
stēmarum in tota Europa vsurpa-
ta passim armorum scuta dicātur.
Quæ sub Frederico Aenobarbo, qui
multa ex his concessit, cepta dicun-
tur & ab alijs Imperatoribus conti-
nuata. Vnde & Bartolus in tracta-
tu de insignib⁹, & armis a Carolo 4.
Leonem binas caudas habentē sibi
& posteris suis, honoris insignia, do-
natum refert.

Sed dubium non est & superiori-
bus temporibus, hæc insignia mul-
tis, & præcipuē principalibus in vsu
fuisse. Et quæ sub Theodosio signa
erāt militū in clypeis, nō multū ve-
tusta creduntur. Notum est enim
olim sibi quæq; elegisse quā vellet
in scuto imaginē gerere, iuxta id
quod de Lacedæmone illo narra-
tur qui sibi in signe delegit muscam

*l. i. in me-
dio C. de of-
fic. pref.
pratorio
Afri. cum
alijs.*

*In tracta-
tu de insi-
gn. & ar-
mis.*

*Ex Plu-
tarcho, &
alijs.*

*Scutū al-
bum olim
datum.
Virgilius
Aen. 2.*

Velamina

Symbola.

quapropter ignaviae notatus, quod
que ipsam fateretur: unde nec plu-
ris quam musca habendus esset. Ipse
verò respōdit, se potius in hoc ostē-
dere velle se ita inimicis accessurū,
vt & minimum signum illud agno-
scerent. Alias etiam creditur datū
fuisse olim album scutū militibus,
vt in ipso attenderēt depingēda es-
se ipsorum gesta, iuxta illud Virgi-
lij de quodam milite, parmaque
inglorius alba. Hæc, de quibus lo-
quimur, in signia, vulgo dicta sunt
diuisa: his enim distinguuntur tan-
quam diuisi ipsimet qui illa gestāt.
Sic etiam & propriè vocantur vela-
mina illa, quibus Hispani, & Galli
inter se, tum colore tum positione
dignoscuntur: sicut & ingestās in
capitibus pennas, quibus & hi, &
aliam nationum viri distinguere
se inuicem solent. Atq; eadem ra-
tione diuisa appellāda sunt illa si-
gna, quæ singuli ad sui cognitionē
peculiariter sibi vendicant.

Symbola etiam dicuntur signa,
sunt tamen illa, quæ velut furtiuus
liceris, & tacita expositione aliquid
signi

significant, qualia in bello sunt illa
quæ à Latinis Tessera dicuntur, &
his utebantur, vt quid facturus esset
exercitus tacitè denotaret: suntq;
vt Onofander ait, maximè necessa-
ria. Vt semel agnita communis lin-
guæ usum præberent his, qui ex di-
uersis regionibus conuenire in ex-
ercitu solent: & simul, vt si hostis vi-
cinus fortè adfuerit, quæcunq; iubē-
tur, agnoscat, si timpanorū aut, tu-
barum sonitu aliquid imperatur:
quod reliquis in locis, vbi hostis in
conspētu non fuerit, fieri consue-
uit. Eadem etiam ratione diceba-
tur Symbolum quod excubitori-
bus in bello præfectus assignat, &
quodcunque aliud signū, quod exi-
gitur, vt qui sunt proprii, ab alienis
in prælio discernantur. Hincq; ortū
est, vt Sanctorum Apostolorū quod
summā in se fidei professionem cō-
tinet, proprie admodum Symbolū
vocetur, qđ ipsū Catholicos ab in-
fidelibus discernat. Pythagoræ sen-
tentia, qđ obscuræ sint, & sub figu-
ris, & similitudinibus doceāt, dicta
sūt Symbola. Nec dissimili ratione
emble

*Onofander
de Optimo
Imperato-
re.*

*Nomen^a a
Duce mili-
tib^{us} datum*

*Symbolū
fidei.*

emblemata, siue insignia, quod sub figuris sententias, ac ingeniosos conceptus contineant, Symbola iure dicuntur.

Pegma
quid.

Pegma aliud est nomen Emblematarum ad illorum similitudinem quæ sic olim dicebantur. Erat autem representatio quadam per mutatas imagines super quadrangularem imaginem machinam, populo exhibitam, ex cuius medio velut affixis rotulis in margine figuris, simile surgebat quadratum, a quo & tertium, & deinde quartum: donec in modum turris appareret: de quibus

Martialis.

Martialis dixit. Et surgunt media pegmata celsa via. Horum exemplum patet in inverso numismatum aliquorum, in memoriam assentationum quæ in his deserebantur principibus, necnō & obsequij. Erant enim splendida, & quod v. re dicitur, sumptuosa. Humilissimi autem representationis per solas imagines frequens olim fuit usus, nec solū in his pegmatibus, verum etiam & in ijs quæ Orchestræ vocantur a verbo graeco quod saltare significat. Fiebant

Orchestra

autem hæc solum motibus, & præcipue manu, quas loquacissimas Cassiodorus appellat, linguosos digitos, silentium clamorū, expositionem tacitam. Quam quidē artem Polyhymniam musam excogitasse sibi videtur, ut omnibus comisteret etiam sine voce posse homines inter se agere, & mentis concertus exponere. Quod quidē, ut ab alijs refertur, contigit his, qui de terra quadam Scotiæ habitant, & muti nascuntur nec vsum vocis recipiunt, & sese nutibus intelligunt.

Cassidorus
quomodo
vocet Or-
chestras.

Hieroglyphicū est aliud nomen Emblematis, & insignibus maxime omnium accommodum, quod verum illas literas æmuletur, quæ in Aegyptijs sculpturæ Sacrae dicuntur: quarum authorem fuisse Mercurium Trimegistum opinantur. Cuius doctrina, & aliorum, qui ante ipsum sapientes fuerunt habitis, refertas esse columnas dicitur, quas sacras dixerunt, & Plato inquit: unde sibi plurimum acquisierit fama est. Strabo illum cum Euxino illuc profectū scribit, ac tre-

Hierogly-
pica.

Straboli.
17.

autem

do. m

Tertullianus lib. de spectaculis.

decim annis cum Aegyptijs Sacerdotibus conuersatum.

Tertullianus Chaldeas has literas appellat, & merito: cum a Chaldeis acceperint, sicut illi a veteribus Hebreis, quibus vera & literarum omnium & scientiarum inuentio referenda est. Qui ab ipso Deo eiusq; Prophetis edocti & figuris & rerum similitudinibus mirabiliter uti scierunt, quibus sacram scripturam videmus esse refertam. Et quibus constat quanta sit antiquitatis maiestas in his, quæ emblemata, signa, vel Symbola dicimus: quæ verius Hieroglyphica, & Sacra sive litera: vnde & plurimi habenda sunt & curandū, ut ea serio meditemur

Caput 2. De primo totius mundi in signi & Hieroglyphicis quibusdam quæ in sacra scriptura referuntur.

PRIMVM totius mundi in genere, caelestem arcum quem Iudei vocamus, picturam quidem diuinam, & admirabilem di-

re possumus: quam solares radij ex varia nubium interpositione, in aerea regione cōstituūt. Est autem signū à Deo electum, ut pacem, & veniam suis ostenderet, quam per vnigenitum filium suum exaltatum in nubibus, & in Cruce admodum arcus extensum, concessurus erat. Sicut enim arcus iste caelestis certum est serenitatis signum sic & Christus in hunc modum extensus non modo pacis signum, sed & ipsamet pax futurus erat, & sic alloquens æternum Patrem in Davidis carmine ait. Posuisti arcum æreū brachia mea.

Et si hoc æterni Patris insigne verissimi ne confitemur, filij sui vnigeniti illud fuisse considerare poterimus, quod magno Propheta, atq; Dei electo Sācto, & Glorioso Moyse demonstratum fuit, quando ardentē rubum, & incombustum vidit. In quo plane figurabatur diuinā naturā humanitati nostræ absque diminutione copulandā, ita ut Deus diuinitatem non deponeret, nec homo ab humanitate disiceret,

cum

Gen. 9. Arcum mōi, ponam in nubibus.

Pf. 17.

Ex d. 3.

Numc. 21
& Ioan. 3

Gen. 9.

cum in assumpta carne verbū Dei & verus Deus, & verus sit homo. Et quoniam huius propositi finis vel angelicam cogitationem latebat, opus fuit, vt ab eodem auctore in alia mirabili figura, & Symbolo pateret cunctis, quando per Moysem æneum serpentem in Cruce exaltari iussit in deserto, significans plane quòd quemadmodum serpens ille non verus, qui venenū in se minime habebat, sed formam tantum serpentis exaltatus in Cruce futurus erat salus, & vnicum remedium perituris a vera serpente percussis ita & Christ⁹ in Cruce exaltatus forma inuentus vt peccator, sed absq; peccato, futurus erat vnica salus percussis a Damone, & eius lethali veneno, quod est peccatum. Et in hac & precedenti figura arcum aeneum se constituit Christus, vt meditemur qualia pro nobis pertulit ac si ferreus fuisset, & nō ex eis dē nostris carne, & sanguine compactus. In quo etiam vere figmentū nostrum ipse cognouit, ac talia pro nobis tulit, qua non tantum iuma

no corpori maiora & terribiliora erant, sed æneum etiam corpus cōtundere poterant, & dissipare. Hāc igitur immanis supplicij tolerantiam, perpetuamque pro nobis intercessionem in Cruce extensa demonstrant brachia sic fortia, prout necesse erat, vt exaltatus a terra omnia traheret ad seipsum. Et quoniam ipsemet queritur, quòd supra dorsum eius fabricaturi essent peccatores, adeò esse valida oportebat qualia in metalli duritie significantur. Colūba verò inter igneas dispartasq; linguas quæ super Apostolos insedit, de qua in Actis, clarū nobis in mirabili illa figura Spiritus Sancti in signe manifestauit, ipsiusque præsentiam, & assistentiam in aue hac iam prius in Iordane æterne Patre testimonium perhibente demonstrauerat.

Quamuis autem satis hoc erat vt similes nobilium ingeniorū ad inuentiones quanti sint habēdæ cognoscamus; opere pretiū tamē erit perpendere, quam frequēter in diuinis literis hæc mirabiles figuræ occurrant

Pf. 100.

Io. 13.

Pf. 128.

Act. 1. 2.

Marci 1.

Luc. 3.

Io. 1.

Gen. 8.

Gen. 29.

Ib. 38.

Ib. 22.

Iudicium.

14

currant: quarum nonnullæ verissima sunt symbola, & Hieroglyphica visui obiecta, aliæ verò in doctrinæ similitudinem latent, sed & aliæ in ipsius historijs inuētæ argumentū præstant & maxime prophetarum visionibus. Et quidem præcæteris imprimis offertur columba illa oliuæ ramum in ore gerens ad arcem Noe, quæ admirabile pacis & tranquillitatis symbolum in se ferebat salis statua, in quam vxor Loth est conuersa, in eadē diētæ pœnam ostendit, & exemplum, vt alij sapiant, quod in sale denotatur. Iacobi Scalæ Dei & hominis communicationem, in sui filij incarnatione significant. Aries inter vepres hærens cornibus innocentiam figurat a nequitia incusatam. Gedeonis vellus cælesti rore madens Christi humanitatē donis cælestibus abundantem monstrat. In Leone autē illo iam mortuo, cuius in ore fauus repertus est mellis, simulq; ad iuncto thomate, De comedēte exiit cibus, & de forti egressa est dulcedo, quid ultra excogitari potuit dexte-

exterius ad insinuandam Dei benignitatem, & largitatem in cælesti conuiuio corporis & sanguinis sui, quod fidelibus præparauit. Ignis vulpium caudis alligatus hæreticorum damna, & nocumenta præ oculis posuit. Sacræ arcæ structura, nec non & tabernaculi, ac deinde templi, in quibus varia, & mira conspiciantur hieroglyphica, notissima erant signa eorum, quæ in nouo templo, cuius illud fuit exemplar, facturus erat Deus, omniaque significabant, & prænuntiabant mysteria, quæ sub Euangelica luce reuelanda erant. Sic æneum illud mare, decē bouum ceruicibus innixum, beneficium publicabat, quod Deus per duodecim Apostolorum prædicationem, & Baptismum collaturus erat Mundo. Candelabrum septē lampadibus in medio templi ardēs Spiritus Sancti præsentiam in ecclesia eiusdem donis locupletata demonstrabat. Apparebat etiā in Propositionis mensa, illa, quæ Christus suis fidelibus præparauit in cælesti Sacratissimi corporis sui conuiuio.

Iud. 15.
Ex. 25. &
26.
3. Reg. 16.

Ex. 40.

Ex. 25. &
37.

*Hierem. 1**Apos. 17.*

est illud virgæ vigilantis : vnde iuniores Aegyptij suum de scepro, & imposito oculo exceperunt. Nec parùm elegantix, & venustatis habent ad docendum, quæ ex Apocalypsi desumi possunt : quale illud est de meretrice bestix septicipiti insidente, cum reliquis similibus. Sed iam, vt ad vltiora deueniamus, neque amplius immoremur : quæcunque dicta sunt, licet exigua prodesse nobis possunt ad agnoscendum Dei, erga nos singulare beneficium, multifariam, multisque modis docentis nos. Quicquid enim humanum ingenium assequi potuit, cœlesti veritati acceptum tribuat, necesse est : nec dubitare vllus poterit, quanuis Aegyptus primum, at deinde arrogans Græcia non modo artium, & sciētiarum omnium exercitium, sed earundem inuentum, verâq; cognitionem vendicanda sibi profiteantur.

Cap.

Cap. 3. de Symbolis à Catholica Ecclesia in suis sacris picturis vsu continuo receptis, & de Beata Virginis insigni, & de origine benedictionis caræ, quam sub agni Dei titulo, et figura veneramur.



MVNC docendi modum per figuras, & similitudines suis in picturis Catholica cōtinuauit Ecclesia : quale illud de quatuor Euangelistarum signis, iuxta ea, quæ ab Ezechiele Propheta visa fuerant. Obseruatū & alios sanctos est suis quæque Martyrij insignibus exornari. Antiqua etiam, & venerabili traditione constat, Sacratissimæ Angelorum Reginae lilij signum in peculia re Symbolum fuisse attributum, Sic picturæ omnes & quæ in fabricis erectis eliguntur insignia, clarissimè demonstrant. Cuius ratio evidens est, cum Beatissimæ Virginis puritatem lilij candori, nitori, & sacra scriptura comparauerit. Hispa-

*Ezech. 1.**Symboli Beatae Virginis.**Cant. 2.*

*Lilium al-
bū, de quo
Pli.lib.21.
c.5. et alij.*

ne dicitur aquæna: quod apud la-
tinos lilium album, ad purpurei dif-
ferentiam appellatur. Locari autē
solet in hydria liliorum manipulus
ad clarius explicandam illorū præ-
stantiam. Siquidem in his mirabili-
bus floribus innata virtus inspicit-
ur: quod ex radicibus suis emulsi
crescunt, & expanduntur pulchritu-
dinem ostendentes suam, suaviter-
que odorem effundentes, ac si nū-
quam decerpti fuissent. Idcirco in-
tegrum, de quo agimus, insigne est
hydria, quam exurgentia lilia coro-
nant. Hoc sui militaris ordinis si-
gnum, in honorem Beatæ Virginis,
elegit clarissimus infans Ferdinan-
dus iā Aragoniæ Rex, qui propter
maiorum integritatē honesti cogno-
men obtinuit. Hæc autem militi-
a ob hydriæ nomen à tetra dicta fuit
terraça. His ita expositis, circa ea,
quæ ad sacra insignia pertinent, vt
satis iam factū crederemus, ad hu-
beriores nostri instituti tractatū,
subuenit, vt de antiqua ceræ bene-
dictione agamus: in qua immacula-
ti illius agni figura conspicitur, qui

*Princeps
Ferdinan-
dus.*

*Militia
terraça.*

in

in ara Crucis immolatus peccata
Mundi abstulit. Cumque ista pluri-
mi semper habita fuerit in Eccle-
sia Dei, de origine, & de antiquo
illius vsu, & significatu tractare
oportet.

Adeo vetusta est huiusmodi cer-
æ benedictio, vt sub Diuo Grego-
rio Pontifice in vsu fuerit: multiq;
annis & ante illum fuisse videatur
ex ijs, quæ in rationali Gulielmus
scribit dicens in huius benedictio-
nem olim à Diuo Gregorio adiun-
ctum esse. Et quoad originē, Onu-
phrius Panuin^o in sua ecclesiastica
putat introductum in antiquæ cō-
suetudinis memoriam: quod ad fi-
dem conuersi duobus tantum die-
bus designatis baptizarentur. Eis-
dem enim diebus & Agni benedi-
cuntur, atque, vt aiunt, baptizantur.
Immergunt enim has cereas for-
mas in aqua benedicta, & oleo Sā-
cto sacrata: in qua etiam benedi-
ctione ijdem per Baptismum reno-
uati representantur, & idcirco de-
cantatur. Pater sancte, isti sūt agni
nouelli. Hisque additur ab eodem

*Antiquus
Agni Dei
usus.*

*Onuphri-
Panuin^o.*

*Durādus
in Ratio-
nali lib. 6
cap. 79.*

B 4 autore

authore datam antiquitus baptizatis ceream formam orbicularem in qua agni figura fuisset impressa, in triumpho, & nobilitatis signum, ad Romani moris imitationem in ijs, quæ bullæ dicebantur. Quod autem Patritiorum filij huiusmodi bullis in triumphis vterentur, ex Macrobio in Saturnalibus, & alijs est notissimum. Meminit huius rei Chrysostomus in quadam homilia, ubi de aurea Armilla agit: quod fortassis eo tempore forma fuerit immutata: quemadmodum, & apud nos in ijs, quæ vulgò dicebantur patina, à similitudine, & forma patinæ: & ex antiquis bullis originem habuisse videntur. Et licet nobis de consuetudine tali similes elargiendi formulas nuper baptizatis non satis constet: faciliè admitterem, si de hac re conuenientior nobis ratio redderetur. Vnde ego crediderim has sacras formulas in Sanctissimæ Eucharistiæ Sacramentum, & memoriam institutas fuisse, cum figura agni immaculati: qui primùm in Cruce oblatus est, & cotidie in altaris sacrificio

Macrob.
lib. I. c. I.

D. Chryf.
hom. I. epi
sto. ad Pbi
lipenses.

cio immolatur. Et hoc ab ipsis nascentis ecclesiæ primordijs: cum circa ministerium altaris noua quædam sanctissimè decreta sunt: ne, vt olim, pro sanctitate fidelium, atque etiam temporis necessitate, tanta haberetur fiducia, vt permitteretur consecratas formas domi recõditas haberi. Vt ex Tertulliano, Diuo Hieronymo, constat, cum alijs, de quibus in alio nostræ facultatis libro: ubi de varijs communionis sanctæ ceremonijs, & ritibus tractamus. Quibus maximè conuenit, quod ex antiquis patribus satis constat, S. Episcopis morem fuisse Sanctissimum Christi Corpus pyxide inclusum secum gestare, ob sui muneris administrationem, atque inter varia discrimina protectionem. Opportuisse autem sic fieri intelligitur, vt in nullo deficeret in ecclesia sacramentum hoc: quod vsque in finem Mundi permanebit, iuxta promissionem Christi dicentis, vobiscum ero vsque ad consummationem seculi. Satis autem constat tunc temporis nullum ab insidijs tutum fuisse

Tertul. de
Corona mi
litis, & li.
ad uxore.

D. Hiero.
aduersus
Iouin.

Simile &
hac tempe
state uisū
est apud
Reginam
Scotia.

Matth. ul
timo.

*Vet usti
uersus Bal
samus, &
munda ce
ra, &c.
Ab Vrba-
no V. sunt
conditi: re
centiores
autē, quo-
rum ini-
tium, Can-
dida cera
Dei, ab Iu-
no Vitale.*

*Lib. Care-
mon. 1. sec.
12. c. 1.*

fuisse locū fidelibus: nec liberè in ijs
initijs potuisse basilicas fabricare,
in quib⁹ Sacratissimū Corpus Chri-
sti tutò reponeretur. Vnde peçulia
riter de quodā sãcto refertur Sãtra-
mēti vasculū in sublimi Ecclesiæ cu-
insdã parietis parte sub decenti, &
necessaria custodia cõdidisse. Cũq;
igitur eo in tẽpore frequens fuerit,
diuinum hoc pignus ad manus ha-
beris, ac defecit ab Episcopis: & ne
id amplius liceret, institueretur o-
portuit aliquid substitui, quod in
memoriam, & uenerationē ipsius
met Sacramenti Sanctissimi obser-
uaretur. Atq; hoc crediderim fuis-
se hanc benedictam ceram: quę iux-
ta Summi Pontificis preces annua
Deus proficiat, & opẽ ferat in mul-
tis, quę semper manifesta fuerunt,
vt antiqui uersus nos edocēt, & all-
recentiores authores, præter id, quod
singulis experientia demõstrat. Et
quia de his amplius agendū nõ est
nobis, addendum uidetur ex anti-
qua illa consuetudine, qua Præsũ-
les Sacratissimam Eucharistiam se-
cũ gestasse retulimus, ortũ habuit,
quod

quod Summus Põtifex solenni ritu
deambulans, vel iter agens eadẽ m-
præ se ferendam cõsueuerit. Quod
si in memoriam tam immēsi bene-
ficij ecclesiarum Prælatis, dispẽsa-
toribus suis, à Deo collati, huius-
modi sacre formæ sunt introductę,
iure ab illis singulari obseruatione
uenerandæ sunt, & gerendæ. Quod
maximè placuit semper Episcopo,
& patro meo, Don Didaco de Co-
uaruias, & Leyua: a quo etiam an-
diui illud Episcoporum esse aureū
vellus. De cuius æstimatione, & re-
uerentia in Apostolico regesto in-
uenitur, Leonem III. vnã ex his
formam ad Carolum Magnū Impe-
ratorem misisse, & deinde Urbanū
V. tres ad Imperatorem Constan-
tinopolitanum, cum prædictis an-
tiquis uersibus: Tantaq; fuit horũ
Principum pietas, vt, quemadmo-
dum memoriæ proditũ est, ad acci-
piendum hoc munus, solenni comi-
tatu cleri, & populi usque ad urbis
portas processerint. Sed nunc con-
sequens erit agere de insignibus,
quę falsis Gentilium Dijs ascripta
sunt

*Aureum
Episcopo-
rũ uellus
est. Agnus
Dei.*

*Triginta
milia Deo-
rum apud
Varron.*

sunt. Quorum tātus fuit numerus, vt Varrone teste, ad triginta milia peruenerint: quorū selectiores sua quisque insignia habuere, iam inde à sui cultus, & erroris principio attributa. In quo eorum etiam, quæ tractantur, antiquitatē licet agnoscere. Et quoniam expedit nosse, quæ fuerint hæc insignia, quæque ipsorum origo, eo, quòd frequēs argumētū, vnde Emblemata, & signa desumantur, sint, sedulò de his agendum duximus, à Saturno Deorum antiquissimo exordium capientes.

Cap. 4. De Insignibus, quæ gentes olim suis falsis Dijs, Saturno, Ioui, Marti, Mercurio, Neptuno, & Plutoni tribuerunt.

*Apollo-
rus in Bi-
bliotheca,
sive de ori-
gine Deo-
rum lib. 1.*



APOLLODORVS libro de Deorū origine Cælum primū omnium Mūdo præfuisse testatur, ac Saturni patrem: cui Græcia à tempore nomen dedit, quod sub Saturni figura agnoscebant. Vnde conueniens

niens erat, Cœli filius diceretur, cuius motu & mensurari, & cognosci cœpit. Alas, quibus velocissimè volat, pro insignibus assignarunt prisce, simul & falcem in manu apposuerunt, qua refecat idē, quod produxerat: Vnde illum proprios deuorare filios caussati sunt. Hæc ergo alati temporis effigiem, falcem altera manu gestantis, atque altera lampadem ardentem, in quodam nostro Emblemate introduximus, ad ostendendum, quòd tempus reuelet omnia.

Iupiter Saturni filius peculiare sibi insigne fulmen delegit, idque tricuspe, ob triplex illorum genus. Et quia potentissimum, quod rutilum est, Ioui tribuitur: clarum, Mineræ, & obscurum Vulcano: quæ duo nullam inferunt noxam. Huius fulminis Symbolo vsi sunt antiqui ad extollendam suorum principū potētiam. Et quia in aliquibus eorum dignissimus clementiæ respectus habebatur, ad hanc significandam in numismatum auersa parte fulmen super aram Deorum iacēs collo-

Iupiter.

*Vetus nu-
mism.*

collocarunt. ex quo & nos spiritua-
le, ac pium excusimus Emblemata:
nec non & alterum morale iugo, &
sagitta sociatum, ad Principis offi-
cium, iuxta fulminis proprietatē,
explicandum: quod planē est, Par-
cere subiectis, & debellare super-
bos.

Macrob.
li. I. Satur
na. ca. 17.

Apollo est Sol, cui quandoq; in
manibus lyrā apposuerunt, ad ostē-
dendam voluptatem, quæ ab illius
benigna temperie percipitur. Et
quia pro loco, & tempore suam no-
bis iram ostēdens radios immittit
ignitos, ad eō vt talem cōtingat ca-
lorem caussari, quiverē lethalis di-
citur: arcus, & sagitta similiter atri-
buta sunt illi, quibus Pithonē per-
niciosissimum serpentem abstulit.
Qui, iuxta nomen, corruptio erat
paludis cuiusdam pestifera, & Solis
ardore devicta, & exiccata virus, &
vires amisit.

Mars bel-
li De. 1.

Martis bellerum Dei insignia,
propria ipsius arma radiantia fue-
re, quæ ignem spirabant: cuius &
galea in crura fulminis effigie præ-
lecterebat. Clypeus illius sanguineo
col-

colore tinctus erat: sed præci-
puum insigne erat hasta, præci-
puum inter arma apud omnes an-
tiquum telum. Quam & olim ve-
neratam fuisse fertur: ac deinde Di-
orum imagines in cuspide gesta-
ri solitas. Quod ego ex diuerso ac-
cidisse crediderim. Nam Aegyp-
tius Deorum suorum effigies por-
tasse in hastis moris fuit: quibus
sublatis ipsasmet hastas venerari fa-
cile fuit. Cumq; posthæc hasta da-
retur in principatus signum, atque
omni tempore gestaretur, factū est
vt inter proceres Romanorum no-
bilis signum esset, & ab eadē qui-
ris, antiquitus dicta, Quirites ipsi
sunt nominati, & Quirinus Romu-
lus: quod semper illam præ mani-
bus haberet. A quo fuit introdu-
ctum, vt qui aliquem inimicorum
occidisset, hastam gerendā semper
in manibus haberet in præmium vt
Seruius in Virg. lib. 6. Aen. annota-
uit. Vbi Anchises posteritatē suam
futuram narrabat, à iuvene illo ex-
ordiens, qui hasta pura nitebatur.
Atque eam donari in præmium, &
hono-

Hastas o-
lim vene-
ratas.

Ovidius in
Fastis.

Virgil. 6
Aen.

Pli. li. 7. c.
28.

honorem, in diuturno fuit usu: & inter militaria munera puræ hastæ, numerantur à Plinio, quod etiam apud multas veterum inscriptiones videre licet. Ab eadem hasta, qua pro insigni Mars ornabatur, dictus est Quirinus: cui templum Romani intra mœnia ædificarunt, & alterum extra mœnia sub Gradiui appellatione. Illum enim domi pacificum volebant, solamque hastâ, quasi sceptrum gerentem: foris autem audacem, & fortem, qualem cum cæteris armis depingebant: & à verbo gradior, Gradium appellarunt: quod furore ætus gradere-tur semper, nec quiesceret.

*Gradius
à gradien-
do.*

*Mercuri^o
Caesar in
commenta-
rijs.*

Mercurius artium Deus, iuxta Gallorum opinionem, quem singulari studio, vt Caesar in commentarijs scripsit, colebant, Cadaceû habuit insigne: hoc est virgam, qua serpentes inuicem decertantes dirimit. Quod quidem discretionē significat, angues autē inuoluti prudentiam. Pennatus galerus agilem designat, & officiû, quo vt Deorum internuntius, fungebatur. Semper enim

enim habitus fuit viatoribus necessarius: apud nos ab umbræ nomen desumpsit.

Ex quib^o intelligitur, quare Prælati pro insigni datus sit, nempe vt Apostolorum, & Prædicatorum munia exercerent, ad assiduam visitationis peregrinationem parati: Eademq; de causa data sunt illis curra super pallia, quæ verè peregrinorum gausapinæ sunt. Dicitur etiã Mercurius Deorum, & hominum internuntius: eo quod sapientia diuina nobis commercia communicet. Ipsius autem effigiem comitabatur gallus, quod mercaturæ Deus existimaretur, ad quam in primis vigilantia desideratur.

Neptunus æquoris Deus tridentis possedit insignia. Cuius euiden-tior (vt mihi videtur) ratio est, propter veterum harpagonum formâ, quibus piscatores se tuendo, marinas belluas superabant: quanuis à Philostrati sententia non dissentimus, quod tres illius teli cuspides tres mediterranei maris sinus signifi-carent. Sed alijs placet ob tres

*Pontifici^o
Pyleus*

*Sapientia
quanti sit.*

*Neptun-
nus.*

*Philostratus
in vita
Aphlonij.*

C aqua-

res altera manu in Orgijs Bacchi
suis fuerit. Nec mirū Soli diuitia-
rum dominium tributum fuisse, cu-
ius mirabili virtute pretiosissima
metallorum venæ fœcundantur.

*Cap. 5. De insignibus Bacchi, Aescu-
lapij, Herculis, Castoris, et Pollu-
cis, necnon et Panis Pastorū Dei.*

BACCHVS liber etiam pater
appellatus inter alia, quæ plura
habuit nomina iuxta Ouidij car-
men, & quæ inter græca epigram-
mata alphabetico ordine excepta
referuntur, thyrsus est principale
insigne consecutus: quem Macro-
bius hastam pampinis obiectā fuisse
describit, vt vini vires potus sapo-
re, & dulcedine coopertas signifi-
caret. Quemadmodum ob eādem
causam & pateras pampinula, &
alijs herbis coronare solebant. Ha-
sta verò ex fragili fiebat ferula: vt
constaret omnibus hanc vini potē-
tiam moderatione superandā. Hos
thyrsos à caulium herbarū similitu-
dine, qui thyrsi nominantur mulie-
res

*Oui. lib. 10
Metam.
Macrob.
lib. 1.
Saturn. 6.
19.*

*Thyrse
qui.*

ferebant, altera incensam lampa-
dem, ad explicandam latius forti-
tudinem vini. Quòd autem Macro-
bius de hastā dicit, pampinis vela-
tam intelligimus: cuius extremitas
hederā operiebatur ad similitudi-
nem coronæ, quam ex eadem hede-
ra & Bacchus, & eius Sacerdotes ge-
stabant. Et hoc propter huius her-
bæ cum vino affinitatē, cuius odor,
nedum succus inebriat. Musica etiā
instrumenta eidem Baccho tribu-
ta clarissimum est falsam hilaritatē
denotare, quam præ oculis offert.
Atheneus tripodē Baccho assignat
quasi oraculi vicem gerenti: quòd
veritatem aperiat. Et quia in A-
pollinis templis responsurus Sacer-
dos tripodi insidebat, vt de Phœ-
bade illa narratur, in prouerbium
mansit, A tripode loqui, quando ve-
ra manifestantur.

Aesculapius Deus salutis habitus,
quòd cum medicus esset celeberrim-
us, in Deorum numerum relatus
est, & Apollinis creditus est filius:
Epidaurius etiam ab Achaicæ vrbe,
vbi nobilissimo tēplo colebatur,
C 3 dictus

*Athenus
li. 2. Dim-
naso 6. 2.*

*Aescula-
pius.*

Pli. li. 29.

6.4.

*Phornut^o
de Natu-
ra Deorū.
Macrob.
li. 1. Satur-
na. c. 20.**Num. 21*

dictus est. Habuit pro insignibus serpentem: atque id, vt Plinius testatur, propter multa medicamina quę in serpente ad depellēdos morbos reperiuntur: in ijs maximē, quos tyros vocant: qui orbitoti ingenere beneficium contulerunt in ea, quę ab ipsis tyriaca dicitur, a Nicandro poeta gręco suis carminibus descripta: Sed alij referunt ad sanitatem, quam serpens consequitur, quādo vetustatem deponit, nam & sic Medici, vt Phornutus dicebat, homines renouant, quādo illos a morbis eripiunt. Macrobius hoc Aesculapij insigne acutissimo eius animalis visui refert: quod in agris curandis ocularissimū oporteat esse medicum. Quapropter vt simul etiam vigilantia commendaretur, noctua eidem dedicata fuit: vt inferius dicitur. Ceterum pręter has rationes planē crediderim ortū habuisse a salute, quam in deserto Mosi tempore serpentē illū æneū adorādo cōsequebantur a serpētibus morfi. Quod cum p̄ traditionē Aegyptijs, & alijs innotesceret, consequens fuit

fuit, vt illamet serpens salutis signū haberetur. Et non leui argumento comprobatur hoc ipsum numisma tum aliquorum inuersis, in quibus serpens super apertissimam Crucē depingitur. Nec enim solū est baculus infirmorum, vt Eusebius interpretatur. Aesculapium in anguē fuisse conuersum, qualem Valerius Romam perlatum enarrat, non dubium aliquando creditum. Simulque vulgaris opinionis fuit, in dracones conuerti, quicunq; pręclaris virtutibus, dum viuerent, immortalitatem meruerunt. Atque hac ratione moriturus Heraclides, vt Laertius scribit, serpentem abdidit secum ex ijs, quę in aquis generantur, & securē tractantur, vt ad rogū deprehensam defuncti manes esse crederent, & ipse inter diuos ascriberetur. Hęc autem opinio, quam homines procul dubio suis adiuuentionibus adiuuerunt, recepta olim apud gentes, vt verissima fuit, iuxta illa, quę Plutarchus in Cleomene scribit dicens, cum sibi necem intulisset, suspendique esset iussus: vi-

*Antiqua
numisma
ta.**Euseb. de
prepara-
tione euan-
gelica.**Laertius
de Hera-
clido.**Plutar. in
Cleomene.*

sus est à custodibus serpens corpus amplectens, & à moribus auiv defendere: vnde inter Heroës annumeratus fuit. Hinc ergo licet intelligas, cur Virgilius dignum historia crediderit, visum esse serpentem ex Anchisæ tumulo prodire: Atq; hoc sæpius euenire, vt in antiquis sepulcris appareant, causam Plutarchus loco iam dicto assignat: quòd quæ admodum ex bubulis cadaueribus apes procreantur, ex equinis ignavi fuci, ex asininis infestissima musca asili: sic ex humanis, præsertim è medulla serpentes gigni soleant.

Rupertus Abbas in Genesim ait, Pythagoræ doctrinam hanc fuisse. Quòd si dignum est fide, decuit, vt ab homine mortuo serpens nasceretur, à quo & eidem homini mors est deuoluta.

Herculis insignia fuerunt claua, & Leonina pellis. Rationem Diomedorus assignat; quòd antiquitus hæc arma solù in vsu fuerint: Quòd verum est, sed per Leonis exuias, vires animi, & fortitudo: & per clauam solida ipsa virtus significatur.

Est-

*Vir. Aen.**5.**Plutarcho
ubi supra.**Rupertus
Abbas in
Gen. c. 17.**Hercules.*

Estque animaduersione dignum, quòd cum olim Dei ad Thebarum defensionem Herculem armis accingerent, Apollo arcum, & sagittas tribuit: Mercurius gladiù, Minerva scutum. Deerat illi claua: hanc Apollodorus scribit relictã, vt eam suis manibus elaboraret: In quo planè ostenditur, virtutè esse veram, & propriam nobilitatè, nõ quæ aliunde hæreditario iure proueniat, (quanuis & hæc nobilitas sit:) Sed ista decentior est, quam cuique plurimi facere necesse est. Fuit ergo, iuxta prædicta, peculiare Herculis insigne, claua ex oleastro in Sylua Nemæa fabrefacta: qua ingentem illum Leonem proftrauit, & eius spolijs suos induit humeros. Capiti autem eius, populæ corona dicata fuit: quòd populus folia habeat varijs colorib; distincta. Subtus enim alba sunt, superne furua, fumì colorem habentia. Vnde ortum est figmentum illud: quòd Hercules hæc arbore, quæ primùm alba erat vtrinque, redimitus ad inferos penetrarit: & à fumo

cum

*Apollod.
li. 2. de crisi.
Deorù.**Pausani-
as lib. 2.**Corona po-
pulea.*

*Olimpiani
cus de Plā
tis. Hero
dotus, &
alij.*

*Plin. lib.
16. c. 23.*

*Castor, &
Pollux.*

cū rediisset, exteriorem foliorū partem colorem mutasse: ramoq; a capite auulso, & ad ripas Acherontis in Epiro, vbi frequens est, plantato, initium habuisse hanc arboris speciem. Quod si huius rei significatum requiras, nō aliud est, quā virtutis formam describi: quæ interioris, & in rei veritate candida est, quāuis exterius obscura, & mæsta videatur. Quod si veteres per hanc arborem tempus etiam significarunt, ratio est, quod albis, nigrisq; folijs clari dies, & atræ figurantur noctes: & præter ea, quod in solstitio, teste Plinio, folia huius arboris inuertantur.

Castor, & Pollux, Germani fratres, Iouis, & Leda filij, suam quisque stellam pro insignibus habebant. Vnde Apuleius de Paradisi iudicio loquens Iunonem a Castore, & Polluce deductam introducit: eosque ait in cassidum conis singulas stellas gestare: quod & antiqua numismata confirmant. Et quoniā in quibusdam vni tantum vtraque stella ponitur, intelligendū id fieri

pro-

propter vnanimem ipsorum concordiam, & antiquum commentū, quod alteri mortuo alter viuus vicissim vitam impertiret, sumpta occasione a duabus stellis, quæ in sidere illis tributo, & inde Geminorum dicto apparent: quarum altera lucente altera latere videtur. Ex qua apparentiæ vicissitudine eisdē esse vulgō arbitrabantur lumen illud, quod in nauium malis aliquando videtur, ex humiditate, & aduerso lumine proueniens. Eamque ob rem in quadam veteri statua Corinthi Neptunno dicata eisdē Tyndaridas sitos Pausanias scribit. Et quoniam de istorū insignibus egimus, decet & Symbolum eorum in medium adducere. Est enim pluribus notum sub figura ouorum fuisse olim demonstratos, & præter fabulam, quæ de Ioue circumfertur, quādo Leda amore captus in cygnum est transformatus, & gemina oua sunt edita, vnde illi prodire, similitudo ipsa, quæ inter geminos esse solet, & vnanimis dicta concordia, effecit, vt dicerentur oua. Ni-

hil

*Aratus in
Phenomenis
Higini in fab.
& alij.*

*Apollod.
lib. 3. de
orig. Deo.*

*Prouer-
biti, de quo
Cic. 99 A
cad. lib. 2.*

*Tertul lib.
de Spectac.
Virgil. in
Geor. Cui.
& alij.*

*Macro. in
Som. Scip.
et Phornu-
tu. de Na.
Deo.*

hil enim inter se similius est iuxta
prouerbiū. Et quia concordia vi-
tam auget, prorogat, & ad optatū
finem perducit, in cacumine pyra-
midū, quæ in circorū metis pone-
bantur, hæc ipsa oua in ouorū fra-
trum venerationem, & memoriam
apponi solitum fuit; idq; Tertullia
huius de spectaculis docuit.

Pan Deus Pastorū, summo apud
Arcades in honore habitus musicā
septem tibi arum instrumentū pro
in signibus obtinuit, propter inue-
ntum huiusmodi: quando (vt in fabu-
lis est) virginem deperibat quæ in
arundinem conuersa fuit: & in ip-
sius honorem fistulam condidisse:
& ex æuena, quæ gracilis est, aut ci-
cutæ calamis cera compactis septē
dicitur vocum differentias inuenisse,
quæ numerosam, & suauem red-
derēt harmoniam. Huius autē in-
signis veritas cum reliquis in sua va-
ria, & deformi imagine, vniuersi fi-
gurā, iuxta ipsius nomen designat.
Cumque omnia in hac ingēti Mū-
di machina mirabiliter fuerint in-
stituta, & ordinata: atq; in se quan-
dam

dam contineāt debitam numero-
rum proportionem, & harmoniā,
nihil similius, aut commoēi s' ada-
ptari potuit prædicto instrumentō.
Nam cum res sit inaninis, humano
alitu spirituque viuit, suum melos,
ac suauitatem præferendo. Cuius
instar vniuersitas hæc tota Dei ma-
nibus condita, & fabricata veram
nobis musicen, & harmoniā osteri-
dit quæ ad cælestia nos excitat, &
inuitat.

*Cap. 6 De Amoris Dei insigni, de
Canopo & fluuiorum signis.*



ACCEDIT tandem
amorum Deus, quæ
dicunt in lucta Pa-
nē vicisse. Res enim
vniuersæ Amori pa-
rent, qui omnia vincit. Quòd si qua
rerū cælestiū veritas illis obtigisset,
q; similia finxere, procul dubio veri
Dei recordarentur: qui reuera à
summo amore deuictus est, vt &
opere demonstrauit: verum id prius
sub figura in illa celebri cū magno
Patriar-

*Eus b. lib.
3. de præ-
pa. Euan.*

*Theocri-
tus & alij.*

Gen. 32.

Patriarcha Angeli sui luſta Domini perſonam agentis. Quam hiftoriam, cum reliquis, quæ in quinque Moſis libris continetur, notum eſt illos legiſſe, & plures illorum in ſuas fabuloſas narrationes inuertiffe. Et inter cætera, quæ illos lux aliqua veritatis edocuit, fuit diſcrimen illud, & diſtinctio inter amorẽ bonum, quem Plato cœleſtem appellat, & vulgarem malum, quẽ in proborum vitium, & licentia Deum ſibi conſtituit: cum re vera vanitas ſit, & amentia. Atque ille ſolus in hac ratione dicitur, & eſt verus amor à ſumma Dei bonitate exortus, in omnemque Mundi creaturam diſuſus. Vnde illæ inter ſe cõiunctæ, & vnita mirabilem continent conſonantiam, atque ſymmetriam. Idque ad eodẽ verum eſt, vt ſi in his, quæ inferiora ſunt, alterationẽ & mutationem videmus, quæ contrarietatem, & repugnantiam, & quandam inter ſe amulationẽ præſeferunt, re vera totum id amicitia eſt, & concordia: quanuis ſit vel ipſa ignis combuſtio, in qua manife-

Quicquid eſt, amicitia eſt, & cõuenientia.

ſtius

ſtius apparet vis amoris, dũ ſe alijs communicat, & omnia in ſe cõuertit, etiam velut inter fratres, & admodum familiares accedit, nihil habere diuiſum, aut proprium, ita vt ſæpius inter ſe veſtes illorum commutentur, ſic & res omnes, quæ immutari poſſunt, propter innatam amicitiam adinuicem mutantur, atque aliæ aliarum formas induunt: ita vt in commutatione, & contactu illo quoddam velut oſculo, & libatione præſeferat amicitia, atque concordiaẽ ſignum. Quod ſi hæc in ſublunari, & infima noſtra regione accidere videmus, quid nõ de cœleſti illa ſphæra cogitandũ? In qua tanta eſt conuenientia, & conſenſus, ut nõquam in re vlla diſcrepẽt, ne momento quidem à ſuo mirabili motu ceſſando. Quæ omnia ab eximia, & potenti amoris vi procedunt. Cum enim Cœli omnes in ſe, & in partibus ſuis nil aliud, quã Cœlum ſit, in tanta paritatis, & ſimilitudinis forma, dum ſe ipſam quælibet cœlorum pars inſequitur, neceſſe eſt omnes, & ſimul moueri,

iuxta

Plato in Sympoſio, ſue de amore.

Ex Marſ. in Plat. de ſumptum: deq; naturali inclinatione intelligimus non quod animã cœlo tribuamus.

iuxta æqualitatem ipfarum, atque ita in perpetuo motu suo cælum se ipso fruitur. Et quidem amor in se quo ad vim, & potentiam, nõ discer nitur, ita vt à bono prauus, & inordinatus minimè differat: imò potius propter imbecillitatē, & morū perditionem plus furuo illi, quàm decens erat attribuat. Amoris autem signa sunt arcus, & sagittæ, tam cognita omnibus arma, quàm antiqua, nunquam enim, nisi cum materia desinit: Quapropter mandanus amor, cum ad mutabile, & periturum subiectum tēdat, necesse est, vt mutetur, & deficiat. Ille autem verus, qui ad ea, quæ perpetua sunt, dirigitur, mutari, aut minui à se vel ex obiecto non valeret, nisi & illum huius vitæ libertas immutaret.

*Desagit a
id. xerx,
& lapide
in sinistra
cũ alijs in-
signibus
optimè scri-
psit. Alex.
Aprod. li.
1. proble.
c. 606*

*Canopus
Deus Aeg-
gypti. n. n.*

Canopus fuit quidam alius Aegyptiorum Deus deformis figuræ. Erant enim illi, velut hydropico, tumidus vëter, & crura tenuia: mudi fortasse rotunditatem, & machinam figurando. Et quoniam in aliquibus simulacris suis quasdã ve-

lit

lut flâmulas in capite gestare videtur ad similitudinem ornamenti in galeis, simulq; & ramusculos quosdam palmæ arboris: operæ pretiũ erit eius historiam referre, & huius rei causam assignare, iuxta illud, quod Rufinus in ecclesiastica historia scribit: hoc præmisso, qd à Chaldeis ignis colebatur, vt ex auctoribus satis constat. Et sunt, qui asserant illum Genesis locũ, vbi Deus Abraham locutus ait: Ego Dominus, qui eduxi te de Vr Chaldæorũ, Non solum de huius nominis vrbe intelligi, sub cuius appellatione tota eorum regio, & dominium comprehenduntur: sed præcipuè, quod à Chaldæorum igne illum eriperit, Vr, enim igne significat: & hinc apud Latinos vrere. Nec. n. exiguũ fuit beneficium, quod Deus Abraham, & eius familiæ contulit, eos à Deorum cultu liberando, scelere quidẽm satis viscoso, & contagiosa lue. Quod autem illum Chaldæivo luerint in flammis proijcere, quod ignem non adoraret (vt quorundã est sententia) potuit quidem esse,

*Ruf. in hi-
storia Ec-
clesiastica
lib. 11. ca.
26.*

Gen. 15.

*Apud He-
braeos Vr,
est ignis,
hinc vrere
latinis.*

D

quan-

quanuis ex scriptura nō appareat. Cum igitur Chaldorū Deus, ignis haberetur, per varias orbis regiones ignem suum circumferebant, vt cum omnium nationum Dijs eō tenderet: vt quis eorum maior esset, experirentur, & quacunq; praeterirent, ceteros Deos euerterēt. Lignea enim ignis absolvebat; aurea, & argentea, aut ex metallo aliquo alio facta, eliquabat, & lapidea in calcem dissolvebat. Cum verō ad locum, vbi Canopus colebatur, peruenissent, eius Sacerdotes exterriti sunt: & certamen illud inire eoaſti callidum prius excogitarūt consilium, vt Canopus Deū Chaldæorum susciperet. Isque hoc modo erat, (vt diximus) ipsorum Deus ventrosus: & eo loci quædā hydria in vsu erant foraminibus perfluentes ad aquam purgandam, & defecandam. Vnamq; ex illis accommodarunt apertioribus foraminibus: iisque cera obturatis insuper Dei simulacrum adaptarunt tali indumento, vt igni aliquantulum resisteret. Cumque iam Chaldæi inito certamine

Deorum certamen.

Canopus victor.

Vasa fictilia diffluentia.

tamine victoriam acclamare cœperunt, ignis ceram dissoluit: & protinus aqua defluente ignis superatus, & extinctus est.

Superest modò, vt de amniū insignibus loquamur. Sū enim & ipsi inter sacra obtinuerunt ab his, qui pericula in ipsis euadere desiderabant. Vnde apud eosdem ortū est crines fluminibus offerre, iuxta illud Homeri, apud quem Achilles Sperchio flumini comas obtulit: & eadem ratione in naufragijs capillos deponere moris erat, vt alibi plentius probamus.

Eorundem fluminum simulacra cum vrna sub brachio aquā effundente, & cornibus capiti affixis effingebantur, simul cum corona arundinea, propter frequentiam arundinum, quibus fluminum ripe corona ri videntur. Erant autem illis cornua taurina, multis de causis, primum propter impetus fortitudinē, & arumnosam vim fluminum, quādo inundantia posuūt. Deinde propter eprundē cursum varias in partes deductum, quò instar cornuum

Amnium insignia.

Homerus in Iliade.

Cornua fluminibus appingebant.

*Achelous
Strabo li.
9. Geogra-
phie.*

deducuntur: nec non ob vndarum sonitum, quibus mugire videntur. Et eadem ratione iam ab antiquis receptum fuit flumina per tauros significari, vt de Acheloo amne patet: quem fabulæ finxere taurum fuisse ferocissimum, plurimumque damni intulisse, donec eo ab Hercule deuicto, & altero ex cornibus euulso, ingentes prodierunt diuitiæ, quemadmodum, & de Capræ Amalthææ cornu similiter fabulantur. Sed re vera magnam fluminis partem detorsit, qua & arua irrigata fertiliora reddita sunt, & amnis auulso cornu plurimum sui furoris amisit. Alia id genus pari ratione narrantur. Vnde intelligemus, cur Romani in Salmantiæ ponte tauri figuram statuerint: vt & alibi, propter fluuios, scilicet in eorundem honorem. Et simul constabit, qua ratione Gn. Pompeij victoriæ in Hispania memoriã Romani sub eadem taurorum effigie celebrare voluerint in his, qui hodie tauri vocantur de Guisando. Et hi quidem nobiliores Hispaniæ fluuios, & ab

*Taurus in
Ponte Sal-
manticæ.*

*Tauri Gui-
sandi.*

eis

eis magis cognitos. significabant: quos sibi propitios optabant, eo quòd in bellis plurimum ad victoriam, aut internecionem valeant: & simili sculptura notis adscriptis decorarunt.

Cap. 7. De Gentium Deabus, earumque insignibus; ubi Tellus, Diana, Iuno, Pallas, Venus, & Isis memorantur.



GOMPLURES apud gentes fuerunt Deæ quibus diuinos honores tribuere, & quibus varijs insignibus decorarunt: & in primis de Tellure agendum erit, iam omnium parente. Fuit ergo Tellus, sub diuersarum vocum appellatione culta, ob diuersas sui considerationes. Sic terra, à terendo quòd animalium pedibus teratur: Ceres, cum fruges proferat: & Proserpina, quòd minimè môstretur, suis reclusa in antris. Non enim aut, quo præcipuè colebatur, erat Magna parens, quòd Deum ma-

*Tellus ha-
bita Dea.*

*Ceres, Pro-
serpina.*

*Magna
parens.*

D 3 ter

ter crederetur. Atque id verè, in his falsis Gentilium Dijs, ad quos fabricandos, lapides, ligna, & metalla quærebant: & hæc omnia producit terra. Et hæc ipsa Cybele nominabatur: cuius insigne erat rurruta corona, ad significanda ædificia: quasque illi simul spicas appingebant, ad designandam fructuum ubertatem, planè erat. Sed tympanum ventos in terræ visceribus inclusos denotabat. Qua in re satis apparet quomodo vna in figura simul voluerint representare eas, quæ Cybele, vel Deorum mater, Ceres, & Proserpina dicebantur. Idè enim, vt diximus, hæc significant. Cybele etiam pinea nux pro insigni tributa est: quod et pinus ob proceritatem dicata sit. In quo etiam terræ fertilitas demonstratur. Et hoc signum in quodam Octauiani Augusti numismate videmus.

Dianam Lunam esse nulli dubium est: cui arcus, & subinde pharetra tributa sunt ad cornua eiusdem significanda. Cumque adeò velocitate prætet ob cursum, & varias

sui

Pinus Cereoris insigne.

Diana.

sui mutationes, venationis Dea existimata est. Et hæc de causa molofsum, & venabulum illi pro insignibus dederunt: vt in quodam Posthumij numismate cernitur: sed in alio Hostilij ceruum apposuerunt. Est illi præterea insigne ardèslampas, iuxta ea, quæ Cicero describit de Diana illa à Varre in Sicilia sublatà. Et licet alia assignentur rationes, ob id factum opinor, quod ipsa præsideat nocti, vt in diuinis scripturis dicitur. Et quemadmodum absentiam Solis ignis splendore reparamus: sic Luna ipsa videtur fax in coelo accensa, vt in tenebris luceat, & omnem illuminet terram.

Iuno, & soror, & coniux Iouis Paucem sibi elegit, & ex lilijs albis coronam: quæ cum antea fuissent purpurea, ipsius lacte candidum colorem induerunt. De pauone quidam Poëta dixit, quod laudatas offendat opes: & quod hac ratione, tanquam Deæ diuitiarum, tributus Iunoni sit hic ales, incertum est. Sed verius illud, quod oculatâ

D 4 cau-

Antiqua numismata.

Cicer. in Ver.

Gen. I.

Iuno, & Soror, & Coniux, Seneca.

*Vide Em-
blema. 49.
lib. 3.*

*Lucina lu-
na est, Cic.
2. de Nat.
Deo.*

*Iuno So-
spita.*

caudā pauo gerat ostentans centū
antiqui Argilumina; qui in hanc
aurem, vt fabulantur, cōuersus fuit.
quod Iuno dicatur Lucina, quasi
Dea Lucis, quibus oculi delectan-
tur. Quod autem huius alitis oculi
Iunoni sint facti, causa est ipsam
verē esse aërem, in quo Solis lumē,
& splendorem diffundi videmus,
tanquam conuenientissimo ob sui
raritatem, subiecto. Infantes etiā
reciens nati, vt qui edebantur in lu-
cem, sub Iunonis esse tutela crede-
bantur: & eam iccirco parturiētes
in uocabant, Et præterea notum est
Lunam sua humiditate partus iuua-
re. Erat etiam ipsius inigne flagrū
in manu, vt in Lucilij numismate
cōspicimus: eo quod eius Sacer-
dotes quibusdam diebus festis per
femitas excurrerent hos, & illos fla-
gellis cadentes; & mulieres infor-
cunda manus eis percutiendas ex-
ponebant religionis affectu, vt in-
de sibi remedium obtinerent. Vo-
cabatur quoque Iuno Sospita: cu-
ius capitis ornamentum erat ca-
prina simul cum carnibus frons, vt
in

in Licinij, Vari, & Lucilij Aemilij,
Regulij, & aliorum numismatū auer-
sis videre licet. Et ratio (vt mea
fert opinio) non alia est, nisi ob par-
tium educationem: ad quam ne-
cessaria est lactis hubertas, quæ illi
tributa est: si vt retulimus, & Lilia
turgentia illius hubera rigare po-
tuerunt. Quod si lactentibus nutri-
cum lac deficiat, quasi Diua curan-
te, capella frequens sufficitur. Et
sic ab infantibus à periculo libera-
tis, qui latinè sospites dicuntur, So-
spitam, Iunonem dixerunt, & præ-
dicto capitis ornamento decora-
runt.

Pallas, quæ & Minerua, cassidē
ornatam pro signo gerit. Est enim
adeo fortis sapientia, vt mille illi vi-
res conferri possent. Cassidī verò
Lauream imponebant, propter ho-
norem illi debitum, & palmā, quā
semper obtinet. Et quemadmodū
in quodam Domitiani numismate
apparet, noctuam eidem tribuere,
propter oculos: cum ab Homero
passim Minerua à glaucis celebre-
tur oculis: vt significaret, quā sit
ocu-

*Numisma
ta Licinij,
Vari, &
L. Aemilij*

*Denomi-
nationis
ratio.*

*Pallas vel
Minerua.*

*Athens
urbs Mi-
nerua.*

Venus.

*Iulij Cæsa-
ris numis-
ma.*

*Isis.
Diodo. Si-
culus lib. 1*

oculata, & circūspecta semper ani-
mi prudentia. Erat Athenis, quod
& in prouerbum cessit, copiosa hu-
iusmodi voluerum fecunditas. Vn-
de Minerua urbem illam, vsuam,
plurimi fecisse dicitur: q̄ illic sin-
gulari cura coleretur, atque in eius
honorem ædificata inde quoq; no-
men habuerit. Hæc igitur auis, cū
esset Deæ sacra, & occidi prohibi-
ta, numerofo crescebat foetu.

Veneris insignia victoria erat,
quam interdum sub paruulo signo
manibus gerebat, interdū verò hu-
meris: vt in quodam Iulij Cæsaris
numismate cernitur. Ratio autem
est notissima, cum huius fallacis
Deæ potentia vulgò pateat, quam
dicunt è mari eductā, vel propter
eius spumam, vel propter salis pro-
prietatem. Tres etiam Veneres suis
se scribunt: sed quæ apud Cyprios
colebatur, principale nomen ob-
tinuit.

Isis Serapidis vxor, de qua tot fa-
bulati sunt Aegyptij, legum inuen-
tionem, & tementis, cum reliquis
illis à Diodoro in Epitaphio rela-
tis,

tis, illi tribuentes, sistrum musicum
instrumentum pro insignibus ha-
buit: quod æreis orbiculis perso-
nabat, quale vulgò est in vsu. Sed il-
lud in spheræ modum factū, vt nō
nulli ferunt, mira curiositate Calca-
gninus ait, varijs figuris distingue-
batur. Quidque in hoc significaretur,
perspicuum est: nempe quod
Mundi illi moderatio propter pru-
dentiam, & perspicaciam conueni-
ret, inuentis præsertim legibus, &
alijs, quibus & ipsa gloriatur in præ-
dicto Diodori loco. Inuenitur in-
ter vetera numismata quoddā ar-
genteum, in quo Isis altera manu
Sistrum, altera pateram fructibus
plenam tenet, cum inscriptione,
VOTA PVBLICA. fructus
autem terræ cultum, quem illi acce-
ptum referunt, planè significant.

*Cap. 8. De Parcis, Nemesi, Bellona,
Fortuna, Pace, Spe, Concordia,
Discordia, Moneta, & de non-
nullis Prouincijs.*

PARCAE, quæ vitam homini-
bus moderantur, cognita sibi
com-

*Cal. Cal-
cag. de re-
bus Aegy-
ptijs.*

Parca.

*Vita est
filum.*

*Plinius li.
7. c. 7.*

comparauere insignia : quorū me-
minisse ab re esse non arbitramur,
iuxta ea, quæ in nonnullis antiquis,
& recentioribus numismatis repe-
riuntur. Est enim sub pedibus in-
strumentum illud, quo fila fuso ex-
cipiuntur: ad latus autem duo ap-
ponuntur fusi, quorum vnus est va-
cuus, alter verò deducto filo ple-
nus. Tota hominum vita filo com-
paratur, propter continuitatē, ac
deinde propter periculum, & mo-
dicam viuentium securitatē. Nā
quemadmodum filum facile rumpi-
tur, ita & vita. Anacreon vix pās-
sæ acinō suffocatus est: & quidam
alter pilo in lacte nondum excola-
to, præter alios, quos Plinius, cæte-
rique testantur, per exigua occasio-
ne perijsse. Fusus nudus mortem il-
lius significat, qui vix ingressus fue-
rat vitam. in eodem fuso stamen
contortum hominis vitam signifi-
cat in medio annorum præcisam.
Sed in orbe ad conglomerandum
circumvoluto eius obitum signifi-
cat: qui iam prouecta ætate occu-
pauit.

Nemesis

Nemesis Dea ultionis frænū pro
insigni gestabat, quo quidnam ip-
sa curæ haberet, admonebat, scili-
cet vt frænū iniiceret, & seipsum
quisque compesceret, & metiretur
admoneret. Nam & mensura in si-
gnum data est illi. Diuersis hęc no-
minibus appellabant: & aliquantu-
lū eius potentiam ampliarūt, im-
probi ingenij, & infestam esse dixe-
rūt, quòd nimijs obesset votis. Pru-
dentes enim, & cordati viri in his,
quæ ad honorum gradus, & magi-
stratum functiones pertinet, suo
se pede (vt in prouerbio est) metiri
debent: aut secus ab ipso tempore,
& euentibus dimetiantur, necesse
est, diuino disponente numine in
bonum, vt quæ desiderant aliqui,
non assequantur: alij autem in suū
damnum, & perniciem desiderati
voti compotes fiunt.

Bellona soror, & vxor Martis di-
cta etiam Duellona belli gerebat
insignia, hastam præsertim: non tã-
tūm quòd armis ipsa vteretur, sed
quòd illa acceleraret, Martē præci-
puè vrgeret, cuius, vt aiunt, equos
fræna-

Nemesis.

*Seipfos nõ
metientes
Deus, et tē-
pus mensu-
rant.*

*Bellona.
Stati. Nec
magis ar-
dētes Ma-
uors, hasta
taq; pugna*

impulerit tranabat. Hæc autem est bellige-
Bellona tu rendi ardens in animo affectio, quæ
bam. furorẽ dicimus, quò singuli ad præ-

Vir. 6. Ae-
re ciere ve-
ros, & c.

Livius, &
alijs.

Numisma
argenteũ.

lia commouentur, quem excitare
 tubis mos est; iuxta illud Virgilij
 Misenum laudantis: quòd nullus
 præstantior illò fuerit; cum viros
 cieret tuba, & cantu Martem accẽ-
 deret. Scutica aliquando pugnas-
 sè finxerunt: vel quia viri sui impelle-
 bant equos: vèl quia leuis cum esse
 non opus est aliud; vbi furor animi
 compellit, & ministrat arma. Est æ-
 dem scutica contemptibile ferien-
 di instrumentum: e quis primùm ab
 aurigis: agitandis deseruiens, & ali-
 quando mancipijs corrigẽdis. Vn-
 de in feruilibello contrigit, cum Ro-
 mani non decere existimarunt ar-
 mis aduersus feruos, tanquam in-
 temliberam, dimittere: sed scuticis
 In cuius rei memoriam singulare
 tunc temporis numisma fuit excu-
 sum: in quo illa adhuc historia de-
 monstratur. Sic igitur & Bellona,
 ostensa scutica, supplicium bello-
 rum in furore belli quandoque si-
 gnificabat. Præterea & Scutica te-
 lum

lum est facillimum paratu, quòd ex
 quavis materia cõfici posset: & est
 iræ, atque celeritatis index.

Fortuna clauum nauis: pro infi-
 gnibus præhenderat, vt quæ Mun-
 di gubernaculum in prosperis, &
 aduersis teneret. Sed aliàs, nec ra-
 rò innixa rotæ depingebatur, ob
 exiguam, vel potius nullam firmita-
 tem, quam in se habet. Vnde nec
 malum est perpetuum, quia cente-
 simum, vt vulgò dici solet, annum
 non excedat. Sed nec bonum id tẽ-
 poris pertingit: vnà enim cum vita,
 & Mundus, & fortuna clauduntur.
 Et quoniam vel optima quæque vi-
 ta laboriosa existimatur, infelicio-
 ri forte, periculum, quod mari sæ-
 uiente suffertur, non sine causa à
 plerisque fortuna nominatur. Et
 adhuc etiam, cum in pace, & omni
 tranquillitate mare deseruit nauig-
 antibus, fors, aut fortuna nõ dec-
 rit, si verum est, quòd nauigatium
 mors, & vita ad eò sunt coniuncta,
 vt vix tabula interposita separètur.
 Victoria & ipsa inter Deas habi-
 ta palmam pro insigni manu susce-
 perat,

Fortuna,
& eius in-
signia.

Labor in
mari for-
tuna nomi-
natur.

Victoria
cum alijs,
& palma.

perat, & alas in humeris, quæ perpetuum nomen, & famam vique quaque in victorum honorem, volentè significabat. Altera verò albâ palmam, vel etiam literis ab ipsa notatam præferebat: ob veterem gesta in scutis pingendi consuetudinem. Quæ quandoque templis obseruanda suspendebant: qualis Paladis aduersus gigâtes historia fuit. Quæ vt latius extenderetur, in eius peplo depicta fuit, tenuissima quidem veste, & mulieribus ad templû præsertim ituris frequentissima. Ad cuius imitationem introductû est, vt in similibus pepelis gesta depingerentur eorum qui se in bellis strenuè gesserant, ad illorum memoriâ & honorem, necnon vt ceteris notabile foret exemplum. Fuit præterea Victoriæ insigne palmæ ramus: & ab omnibus receptum est fuisse desumptam à proprietate ipsius armoris. Nam quemadmodum illa resistit ponderi, sic & animus labori. Sed equidem ad Solis radorû imitationem referendum crediderim. Qui enim palma fuerit coronatus,

Herodotus, & alij. Peplum quid.

Radij Solares in coronis.

huius-

huiusmodi radijs circumdari videbitur: monstrantque splendorem, & lumen eorum, qui victorijs insignibus claros se præstiterint. Hic ergo Solis splendor in coronis Regum initiatus est radijs interpositis: cum primùm hoc fuerit Solis in signe, vt in antiquis conspicitur numismatis, præcipuè Rhodiensium: apud quos celebri cultu venerabatur, mirabilem in eius honorem statuatam illam erigentes. Eadem corona pari ratione Serapidi posita est: vt in prisco argenteo numismate videtur, cum inscriptione, VOTA P V B L I C A. Fuit & laurus notum Victoriæ signum, & præter suum virorem perpetuum, quia tantæ virtutis esse creditur, vt vel odorata à peste defendat, immortalitatis Symbolum est habita.

Pax proprium signum, & quidè merito, cornucopiæ suscepit, vt in argenteo Augusti Cæsaris numismate cernitur. Euidens autem est ratio, nam pacem abundantia sequitur, bellum miseria, & fames: omnia enim euertit, & consumit.

E Vesp-

Serapidis corona.

Plin. li. 23 ca. 8.

Pax.

*Notandū,
quare ca-
duce^o tra-
ditus.*

Pf. 43.

Spes.

*Plin. li. 10.
ca. 12.*

Vespasianus in quodam suo numis-
mate caduceum, & anguem illi de-
dit. Maximè enim necessaria sunt
prudencia, & eloquentia ad agen-
dum de pace, vt ipsa constituatur
absque dedecore, & nota proponē-
tis. In quibusdam alijs numismatis
pacem videre licet, quæ admota ar-
denti face clypeos comburit. Hoc
enim fieri solitum non dubito, &
ad literam declaratur hinc versus
ille Davidis Prophetæ, Arcū conte-
ret, & confringet arma, & scuta cō-
buret igne.

Spes pro insignibus floream ha-
bebat coronam: & præter illam li-
lium album, tam notum, quàm spe-
ciosum florem. Spectatur hæc in ar-
genteo C. Clodij numismate, & in
alijs. Et ratio est, quòd fructuū spes
in floribus consistat, sed incerta: fa-
cilè enim isti pruina deficiunt, aut
vento ramos agitante discutiūtur.

Concordia cornicem Symbolū
tenebat: propter notissimam harū
inter se volucrum amicitia, & apud
multa antiquorū numismata, præ-
sertim Faustina, reperitur. Coniū-
ctas

ctas dexteras: concordiam signifi-
care, nemo est, qui nesciat. Itæ ve-
rò figuratæ pro ineunda pace vicif-
sim mittebantur, iuxta illud Taciti
referentis, Centurionem Sisenam
exercitus nomine prætorianis dex-
teras, concordia signum transmi-
sisse.

Discordia sub mulieris effigie
vestes suas scindentis figurabatur,
quod & Virgilius suo versu testa-
tur.

Pietas Ciconiam pro Symbolo
sortita est, cum sit ea clarissima in
his volucris, quæ parentes iâ se-
nio cōfectos alunt, debitam in hoc
gratitudinem docentes: quæ apud
Græcos hinc nomen desumpsit. Ci-
conia signo plura numismata cu-
duntur, præsertim illud Q. Cæcilij
Metelli argenteum.

Moneta inter cæteras Deas re-
lata est: & pandus illi pro insignib^o
dederunt, iuxta eius temporis cō-
suetudinem: cum omnis pecunia
tunc temporis appenderetur. Est
autem is vius clarissimus in testa-
mentis per æs, & libram: quòd per

E 2 æs,

*Vir. Aen.
8. & scissa
gaudēs va-
dit discor-
dia palla.*

*In princi-
pio Infit.
de sestam.*

*Iuno Mo
neta.*

as, & libram celebrari dicebantur. Hinc etiam sumptus ab expendendo nomen habuit. Hinc dispensatio, & plura alia ad eam rem, non hic tamen omnia expendenda. Id solum advertendum Monetæ nomen sæpe numero pro Dea Iunone intelligi, à monendo dicta: quod in quadam publica necessitate consulentes ad monerit: & hac ratione templum illi sub hoc nomine fuerit structum.

Habuerunt & suum quæque provinciam honorem, varijs insignibus exornatæ: quemadmodum ex didicis apparebit.

Hispania.

Hispaniam sub mulieris figura altera manu aristas, altera verò sagittarum numerum, & scutum generis depingebant. Sic illam in quadam nostro emblemate excussimus antiqua imitantes numismata. Significatur autem fructuum habertas, & bellicosæ gentis certamen: qualis semper extitit: & hoc seculo demonstrata est prolatis in novum usque orbem sui imperij finibus, & gestis alias inauditis innumeras sibi regiones subijciens. Adrianus Imperator

Li. 4.

rator in suo numismate Hispaniæ Olivæ pampinum in manu apposuit: cuniculum verò ad pedes. Planaque est ratio, propter maximam oliivarum copiam, necnon & cuniculorum præsertim in Celtiberia. Unde illi Epithetum Catullus assignavit, cum dixit, Cuniculosæ Celtiberiæ fili.

Catullus.

Africam Adrianus in altero suo numismate cum Cornucopiæ in vna manuum, quod sit etiam fertilissima, signavit. At reliqua Scorpionem præmit; quod illic plures, & plurimum noxij, ut Plinius annotavit, enascerentur. In alio eiusdem Adriani numismate Africa aristis coronata aspicitur, & in eiusdem fronte elephantis proboscis agnoscitur. Et notandum in eo est, quoniam modo figurata sit: nam in alijs numismatis habet pro galea medium elephantis caput, sine faucibus inferioribus: quanvis de posteriore oris parte aliquid relinquerent. Ut illinc bini eminentiores promerentur dentes. Visu quidem spectabilis figura est, sed ob tale capitis ornamentum fe-

Africa.

*Plin. li. 11.
ca. 25.*

*Elephantis
in galea figurata.*

rox. Sed hæc propter elephantorū copiam inuenta sunt; qui & si in alijs regionibus frequentiores sūt, tunc temporis frequenter ex Africa Romam deportati sunt in triūphos, & dies festos: quemadmodū & alia feræ pro spectaculis deferbantur.

Orus Apolo, & alij.

Aegyptum in corde flammis ad moto signabant, ipsam omniū terrarum feracissimam existimantes: quanuis feruido æstu videatur exuri. Est enim cor in homine nobilior pars, ardet autem sanguinis calore.

Nilus flumen.

Nilum fluvium, qui ad eodē fertilem, & fecundam reddit Aegyptū, sub senis figura demonstrarūt cocodrilo infidentis, puerisq; dimensis locis in ipso ludentibus, qui mēsuras cubitales eiusdē fluminis significabant. Nam quantō altior erat mentura flumine crescente, tātō certior, & fecundior erat in regione prouentus. Atque hos cubitos (sic enim mēsuras vocabant) ad templa Deorum deferri solenni pōpa moris fuit, qui postea in eadē

San-

Sanctorum delati sunt: vt in tripartita historia narrant Rufinus, Nicephorus, & alij. Restat nunc de insignibus differamus, quibus vel principes ipsi vsi sunt, vel in honorem, & obseruationem eorum ab alijs excogitata sunt.

Cap. 9. De Noe, Iosue, Cyri, Darij, Alexandri, Antiochi, Gordij, Seleuci, Tenedij, Armodices, Thesei, & Seruij insignibus.



NOE S insignia sub Ianni nomine gentibus notissimi secundum opinionem vulgò receptam fuerunt duæ auersæ facies in vno capite. Quibus significabatur & ante, & post diluuium vixisse: vel etiā principis prudentia, cui præsens debet esse, quod præterijt, vt inde, quod futurū est, iudicet. Hoc fuisse à Romanis inuentum non dubium, licet multis ab illo seculis, ad eiusdem in Italiā aduentus memoriam. Quod Ouidius sensit, cum dicit, formatam à vetu-

E 4 state

Tripartita li. 10. c. 10. Ruf. li. 11. ca. 30. Niceph. li. 7. c. 46.

Noe idem qui & Iannus.

Ouidius.

itate puppin in ære, ob Dei hospiti-
tis testimonium. Ista vero nauis,
seu veriùs rostrum ipsius in auerso
numismate situm erat, in quo & bi-
forme caput. Cumque illud Ianum
designaret, conuenienter tributum
est tale etiam Symbolum, propter
arca, seu nauis inuentum. Sed Ita-
licarum rerum historia narrat à
Iano admissum in socium Saturnum
Sabatium: qui Iouis Beli Assyrio-
rum Monarchæ persecutionem fu-
giens ad Ianum se contulerat. Et
propterea nonnulli hanc numisma-
tis partem tribuunt Saturno, pro-
pter nauem, qua fugiens liberatus
est. Huius ergo Symboli, & eius in-
terpretationis memoriam Plutar-
chus in Problematis, Lactantius Fir-
mianus, & alij recolunt.

*Plut. La-
ctantius
Firmia.
Iosue.*

*Origo vel
leris au-
re i, quem
Tusonè di-
cunt.*

Iosue Vellus illud pro insignib'
gestasse nonnulli dicunt, quo Deus
mirabilem se ostendit. Et hoc idem
fuisse Symbolum Caroli Ducis Bur-
gundic in sua, quam denominauit,
del Tuson, militia. Sed nec primu
per scripturam probatur: nec secun-
dum habet, cur ab Argonautarum
histo-

historia sit diuertendum, cum ij sub
simili fœdere ad conquirendum Vel-
lus aureum conuenerint. Nec extra
rem est, signum aliquod ab histo-
rijs, ac fabulis profanis pro rebus
militaribus desumi. Quod autem
hic denotatum voluit fortis erat
animus, ad subdendum sibi, quod
conquirebat, Gallia regnum: sed
aduersa fortuna magnis illius con-
tibus obstitit.

Cyrus Persarum Rex, & deinceps
Monarcha, ut Xenophonus in de eius
institutione testatur, auream aquilam
expansis alis super hastæ cuspidem
gestabat: & ab eo successores Persa-
rum Reges eandem simili modo
gestarunt.

Cyrus.

Darius in monetis suis pro insig-
ni, & Symbolo proprio Sagitta-
rium excussit. Quod cœlestis signi
potuit esse figura, quod fortè sub
illo natus fuerit. Aut voluit potius
sub eius monstri viribus pecuniæ
vires, vel fortasse etiam suas osten-
dere. Diu vixit huius monetæ vsus:
& propterea dictum de Agesilao,
quod triginta Sagittariorum milia
ad

Darius.

*Vetus pe-
cunia.*

*Homerus
in Iliade
passim.*

*Manipul^o
quid signi-
ficabat.*

*Acto. 12.
Mist Ha-
rodes Rex
manus.*

per est seipsa dispersa maior.
hoc primum potuit demonstrari
antiquo equinae caudae usu, qui
pro galearum ornatu, ut ex Ho-
ro constat, applicabant. Coniuncti
enim feras nulla vi confringi vi-
mus, sparsas autem, & solutas,
quilibet puer expilare poterit.
quidem similiter & manipulus
derotavit, quo Romanos pro-
xillo, & signovos esse diximus,
monentes sic eorum animos esse
ciendos, ut mutuis subsidijs sub
prelijs auxiliarentur. Hanc pra-
rea paritatem, & unionem ma-
signum pro vexillo hastae illigati
commonuit. Unde acceptum est
exercitus totus, aut saltem pars
nus appellaretur: ut in actis Apo-
lorum apparet. Nec praetereundum
est, hoc ipsum significasse videtur
hastis, quod etiam antiquis im-
fuit gestari pro insigni in exercitu,
ut quemadmodum haec alligatae
hastae, & postea alligatae sunt &
sic inuicem alligari inter se mi-
conueniebat. Haec apud nos
bantur vadas: quibus alligatis

disco

di coloris essent, ut illum forma-
ri cepit, quod ab eisdem vulgo va-
dera diceretur.

Gordius Phrygiae Rex primò bu-
bulcus, cum in templum ingressus
fuisset quondam manu loram referens
provinciendis aratro bobus, Rex
acclamatus ex oraculi responso il-
lum sub tali forma designantis, su-
bito minimè dedignatus est ante-
riori fortuna, imò gratissimus, &
memor fertur. Famosissimum illud
nodum ex loris implicatum templo
dedicavit in ciuitate, quam condi-
dit, & de suo nomine Gordiam di-
xit. Unde apud nostros Canonistas
Guilielmus Benedictus refert eun-
dem in sui prioris officij memoria
& aratrum, & vincula in templo de-
dicasse.

Seleucus Nicator, Authore Ap-
piano, suae monetae anchorae signa-
culum impressit: & ea securitatem,
atque constantiam significare po-
tuit. Namque hac de causa, (ut non
nulli sentiunt) anchora Sacrata ha-
bebatur: sed verius, atque certius est
quod quando ad Sacram anchoram

confu-

Gordius.

*Nodus
Gordian^o.*

*In c. Ray-
nuntius.*

*Seleucus
Nicator.*

*Ioā. Zezes
Cbil. 11,
n. 363.*

*Plutar. de
Pythijs o-
rac. Steph.
de urbie.*

Armodice

*Pecunia
proprietas*

confugiendum dicitur, de ultimo remedio intelligi. Nam, vt vt ait Ioannes Zezes in suis varijs historijs, inter ceteras anchorasyna erat insignioris ponderis, & magnitudinis, qua in grauioribus periculis utebantur; & hanc sacram nuncupabant.

Tenedius Rex suam monetam eudēs securim illi cum duobus vno in collo capitibus effinxit, debiti legibus reuerentiam, iustitiæ quæ executionem denotans, in qua omnes pares esse debebant. Nec aliter ipsemet ostendit. Nam capitis penam minitatus in eum, qui adulterij crimen commisisset, cum in hoc filius deliquisset, edicti pœnam aduersus eum executus est.

Armodice, Midæ Regis Phrygiæ uxor, prima inter Cumæos pecunia confluit, in qua leporis signo vti est, nummi fortasse proprietatem demonstrans: cuius est currere, & in cuius venatione fatigantur omnes. Et si nondum in ipsa origine authoritatem, & honorem pecunie diminui oportebat: mirabile ipsius Regina

Reginæ fuit Symbolum. ad ostendendum in fœmineo sexu virilem animi sui valorē. Vt scilicet in hoc demonstraret, & virum, & fœminā esse: quod lepori contingit, vt plurimum, quemadmodū scripsit Plinius, & passim experientia demonstrat.

Theseus vt author est Plutarchus in eius vita bouis insigni est vsus: Iulius Pollux didrachmam vocat pecuniam, in qua huiusmodi signū habebatur: idque propter taurum Maratonium, aut propter Minois Ducem. Sed omnium verissimum, quod ciues monuerit, vt depositis armis agros colerent. Et hæc est pecunia, qua patronus silentium vendidisse, infimulatus est, nec clientis partes defendisse, quod bouem haberet in lingua.

Seruius antiquus Latinorū Rex sub ouis signo monetam feriebat: idque forte, quod apud antiquos diuitiæ in numeroso grege, præsertim ouium consistenter: quibus agri, & ceteræ res emebantur, totidem illas ouibus æstimando. Et quem-

*Pli. li. 8. c.
55.*

*Plutar. in
Theseo:
Iulii Pol.
in Onoma-
stico.*

Seruius.

admodum pecunia illarum vicem
Oues mo- subijt, credendum est ea de causa
net a signū nummos ovis figura signari volu-
 se. Habita est præterea similitudi-
 nis ratio: nam quemadmodū ovis
 maxima est hominibus sui, & emo-
 lumento, ita & nummus: quod ge-
 nerale rerum omnium est pretiū.

*Cap. 10. De insignibus, quibus vsi
 sunt Augustus Cæsar, Pompeius,
 C. Cæsar, Antoninus, Galba, Co-
 stantinus, Henricus 4. Ferdinā-
 dus, & Carolus V. Imperatores.*

*Augustus
 Cæsar.*



AUGVSTVM Cæ-
 sarē pro insignibus
 Capricornum sidus
 gestasse nulli ē igno-
 tum, quod sui natalis
 ascendens fuerit. Et Theogenes ce-
 lebris eo tempore Astrologus con-
 sultus dixit ea de causa Mundi do-
 minum futurum. Et hinc tantam il-
 le fiduciam concepit, vt deinde pu-
 blicū esse voluerit (Suetonius ait)
 thema sui m. Sic enim positionem,
 & figuram cæli, vnde iudicia sumū-
 tur,

*Sucton. in
 August.*

tur, vocant Astrologi. Est autem
 apud eosdem receptum hoc signū
 Capricorni eximiam portendere
 felicitatem. Et videntur euentus
 cōprobasse in principibus, qui sub
 eodem ascēdente nati sunt, quod
 Carolo V. Imperatori gloriosa me-
 moriæ contigit.

Vfus est idem Augustus, & alijs
 Symbolis, vt Sphyngē. In quo vide-
 batur significari, quā sit necessa-
 rium in obsequijs principū secretū
 tum ipsis domesticis, & familiari-
 bus: tum etiam eisdē principibus:
 ne temere se, & sua alicui credant.
 Terminus, & fulmen alia sunt eiuf-
 dem insignia, quibus auersam suo-
 rum numismatum partem sculptā
 videmus. Hoc autem denotat fir-
 mitatem cum agilitate coniunctā:
 quod est lēritudo festinata, & lenta
 festinatio, quæ sub delphino, & an-
 chora monstrata sunt græca inscri-
 ptione adiuncta, quæ latine sonat,
FESTINALENTE. Qua &
 ille vsus est diutius, & post illum in
 ipsius memoriam alij.

Pompeius, quem Tertullianus
 F suo

*Symbolū
 Sphyngis.*

*Festina lē-
 te.*

Pompeius.

Tertul. li. de spectaculis. suo tantum circo minorem appellavit, (quod sibi Magni nomine vendicās circum appellavit maximū) ingentis fuit animi virtutis. Ast illū minimē iuuit fors, quam sperabat, per insigne illud Leonis ensē arripientis: quod animi magnitudinē cum potentia coniunctam indicabat. Quod si hęc illum non deseruisset, propter fortunę insidias, virtutis suę meritis in toto terrarū orbe dominari dignissimus erat.

C. Cesar.

C. Cęsar in quodam suo numismate Mundum cum temone, cornucopię, & caduceo pro insigni gerebat. In quo clementissimus ille Princeps orbi pacem, libertatem, iustitięque administrationem pollicebatur.

Antoninus Pius.

Antoninus in suo numismate, Aeneam humeris patrem gestantem, & manu filium depinxit, pietatem, quam maximē colebat, ostendendo. Et Pius, haberi non solum nomine desiderabat, sed rebus: dū focerum iam senem in Senatū manu deducebat, & in locis arduis vix appenitum transtuebat.

Galba

Galba Imperator, Dione teste, Galbanavis proram, a qua canis saltū parabat, in Symbolum delegit, ut animi sui promptitudinem, & periculorum contemptum testata relinqueret.

Constantinum Imperatorē Christiani nomen in signum notasse demonstrant ipsius numismata, primis huius Sanctissimi nominis compactis hoc modo gręcis liceris *Χ* & in nōnullis eiusdem numismatis labarū, & regium vexillum cum eadem nota spectatur: quod & quidam Christianus poeta cecinit. Sed ut historia tradit, & authores referunt, eius insigne fuit Crux, cum hac inscriptione, IN HOC SIGNO VINCE. Hoc enim ita figuratū in cęlo aspexerat, in quo illū verē demonstratum fuit Crucis signum, predictis literis circumscriptum. Hoc tripartita historia ecclesiastica refert & est author Sozomenus, qui asserit Eusebium Pamphilum ab eodē Constantino Imperatore id audisse. Et iuxta hęc insignia labari Constantini facere Crux ipsa, & nota nominis

Constantinus Magnus.

Symbolū Constantini.

*Labarum
Principis
vexillum.
L. 1. C. de
præpos. la-
borum.*

minis Christi. Erat autem, vt diximus, labarum, principis vexillum, quod vulgò Guion, quasi ductoriū dicitur: quod sub sua acie contentos ducat, & perducatur: & quocunque principis persona vertitur, indicet. Huius autem signi ratio tanti habita fuit semper, etiā ante Constantinum, vt milites illud flexis adorare genibus soliti fuerint. Et sic huiusmodi reuerentia continuata est, vt propter eius custodiā quinquaginta milites constituti fuerint quos præpositos vocabant: vt patet ex titulo, & lege Codicis Theodosiani de præpositis laborum, quæ in suum transtulit Iustinianus: & in duobus his dicitur laborum, vnde ibi glossa plurimum habuit laboris & dubitandi occasionem. Et quantum græcè laborum cum accentu in prima apud Sôzomenum, & acta Synodi Nicenæ inueniatur: auctoritas tamen Tertulliani, Diui Ambrosij, & Prudentij labarū: dicentium, hoc nomen apud Latinos haberi nos admonet. Et vt equidē arbitror, nomen hoc est Latinum,

*Tertul. in
Apolog. c.
16.
Prud. li. 1.*

vt

vt complura alia tunc temporis à Græcis vsurpata, & à verbo labor deriuatur, quòd facile labatur. Quæ sic esse ratio demonstrat: erat quippe quadratum laminæ affixum: & hæc funiculis appensa, recta cuspidis hastæ ligabatur. Quapropter in dictis locis Theodosij, & Iustinianus Codicum legerem de præpositis laborum, pro labororum. Hæc autē dicta sint, vt nostræ professioni inferuiamus: & similiter est faciendū, quantum obiter, vbicunque se obtulerit occasio.

Nonnulli ex Castellæ Regibus sua etiā insignia singularia, & Symbola habuerunt, vt Henricus III. malum granatum apertum, cū his verbis ACRE DVLCE, quòd obseruandum Principis ingenium ostenderet, quòd si improbis acerbos, & iustis suaues, & benignos esse oporteat. De quo & nos quoddam emblemata excussimus, vbi de hoc serio.

Rex noster Catholicus incudem primum, & malleo vsus est, Symbolo non satis cognito, nec tãto prin-

*Vt videre
est apud
Diuū Gre-
go. Naz.
Oratio. 1.
in Iulianū*

*Rex Hen-
ric. 4.*

*Lib. 3. em-
bl. 30.*

*Ferdinan-
dus Rex
Catholicus.*

*Plutar. in
eius vita.*

cipi convenienti. Quod autem deinde elegit, & omnibus innotuit, multa fuit admirationis, sagittas scilicet & iugum cum his literis, TANTO MONTA. In quo ad Gordiani nondum nulla fuit allusio, neque ad Alexandri sententiam, quae vulgo fertur, idem valet incidere, quod enodare. Voluit autem in his significare hostes, ac rebelles sibi debellandos esse, vel armorum vi, quae per sagittas significatur, vel voluntaria deditio, cum ipsi ad iugum pervenerint. Et hoc innuit. Idem valet ultro, aut vi: siue, velint, nolint.

*Bethica recuperata
An. Dom.
1492.*

Nec fecus evenit in expeditione, quam de Bethica recuperanda totis viribus assumpsit: quod armorum vi subacta, & subiugata est, & Granata civitas dedita fuit initio anni nongentesimi secundi.

Carol. V.

Carolus V. Imperator gloriosae memoriae extendens Hispanici dominijs fines orbis simul & terminos extendit. Firmiter enim antiquitas omnis crediderat terram Hispaniae regionibus terminari, praesertim

tim promontorio, quod à re ipsa dictus est finis terrae. Cumque Hercules ad Calpen pervenisset, binas columnas erexisse in signum extremi, & ultimi totius terrae termini: neque ultra inueniri, quod progrediendum esset. Sed navigatione illinc coepta, & nouo deinde inuento orbe, mutari eos terminos necesse fuit: quos & in signum, & nobilissimum Symbolum accepit, cum inscriptione, P L V S V L T R A. Et reuera tanti Principis mente considerata non solum erat in his ostendere nouum esse in Mundo orbem, neque his limitibus terram definire. Sed internis mentis oculis caelestem veritatem agnoscens alterius longè praestantioris Mundi nos admonitos voluit. Atque hoc, plus ultra, secum assidua meditatione perpendens, regnis se abdicare constituit: ut apud se manens vni Deo, & caelestibus propugnaculis assequendis militaret. In quo etiã veteranus erat, qui toto suae vitae tempore Ecclesiam Catholicam felicissimè propugnauerat. Sed ne fastidio

*Geographi
& poeta,
maximè
Pindarus
in Nemis*

*Rarum
Principis
exemplum*

lectori sumus consulere præteritus complura ex antiquis, & iunioribus Symbola Principum: quibus in his quæ dicenda sunt, pro exemplis utimur, & nunc de aliquot nationum insignibus tractandum superest.

Cap. 11. De insignibus, quæ sibi populus Israeliticus, & Machabai delegerunt, necnon Chaldaei, Assyrij, Aegyptij, Thracæ, Scythæ, & Troiani.

*Populus
Israel.*



AB Israelitico populo exordiri postulat antiquitatis ratio, & quod rerum omnium, quæ præcisa, & necessaria sunt in vita, inuentio absque dubio illis tribuenda sit. Cumque in ducendis militibus semper in usu fuerint vexilla, & signa, non est ambiguum eisdem usos fuisse Israelitas. Sed qualia fuerint, quæque in eis insignia posuerint, inquirimus. Nec satis constat ex diuina scriptura, in qua tantum signa nominantur in Numerorum libris: Hebraicè autem

Numer. 2

tem est dictio Degel, quæ significat vexillum, & signum exercitus. Quoad imagines verò, & figuras illud imprimis offertur: quod cum vniuersa gens in duodenas tribus fuerit diuisa, conueniens erat ex prædictione Iacob, quando ante mortem singulas allocutus est, talia signa sibi deligere, præsertim ex comparatione animalium, quæ postea visa sunt in vexillis portari, & hinc forsitan apud Gentiles ortum habuerunt, sicut & alia multa. Inter hæc annumeratur lupus, cui assimilatus est Benjamin: atque item cerasus, vel coluber, cui comparatus est Dan. Sed equidem non censo huiusmodi imaginibus sua vexilla Hebræos insignisse, ne cum idolorum cultoribus conuenirent: qui animalium, quæ colebant, figuras in vexillis, ut infra videbimus, collocabant. Verum certius credere, quod quemadmodum in rationali duodecim lapilli positi sunt, duodecim tribuum nominibus sculpti, sic & vela sibi elegisse, quæ eiusdem rationalis coloribus conformarètur:

Genes. 49.

Exo. 38.

vt

*D. Isid. li.
27. Orig. 9.
3. M. Varr.
de lin. lat.*

vt inter se diuersi, atq; discreti manerent. Et quoniam his de rebus in sermone venimus, meminisse oportet Isidorum docuisse, vexillum dictum esse, quasi velillum. Neq; a rhorem citat: sed M. Varronis deductio est ista: quæ firmatur ex ijs, quæ iam de Antiochi insignibus dicere cœpimus: quod olim victis, & ex huiusmodi velis fiebant, hastas decorare motis fuerit, & hæc eadē videtur esse, quæ dicimus vela. Probatur etiam ex antiquis picturis, præsertim ex cuiusdam verusti valis descriptione, quam quidā Neotericus auctor edidit in libello, cui nomen est Themis. Apertèq; cernitur, quod de Epaminonda Thebano narratur: cum eius milites trissem omne habuerint, Ducis hasta ornatum, quem instar insulæ illi alligarat, à vento sublatum, inque cuiusdam Lacedæmonis sepulcrum fuisse deiectum. Ille interritus, Nolite (inquit) expauescere: sic hostibus nostris parentamus, quorum adornamus sepulcra. Ex eisdē ergo varijs velis varios etiam colores in

*Themis, siue de lege diuina.
Scripsim⁹ de hoc li. 2.
de vera, et fal. Propht. c. 24 & est ex Iulio Frō. desu- ptum li. 1. c. 12.*

vexil-

vexillis mansisse facile fuit. Siquidem, vt Tranquillus scribit, Augustus Cæsar post nauale præliū Marco Agrippæ cæruleum vexillū dedit. Beroaldus in Apuleium equitū signum cæruleum fuisse scribit, pedicatum verò purpureum.

Machabæis vt plures afferunt, non dederunt singulares quatuor literas, quas in vexillo depinxerāt, M. C. B. I. interpretabatur autem, quis sicut tu inter fortes? Sed ex eadem historia constat Iudæ cognomen fuisse, quod interpretatur fortis debellator: à quo & reliqui nomen habuere.

Chaldæos diximus adorasse ignē, & ipsum ante se pro vexillo in prælia gestasse solitos: quos & Persæ imitati sunt. Constat ex historia Alexandri: Atque hinc sumptū videtur, quod principium belli indicabat incensa fax, siue, vt Liuius ait, ardēs hasta iaculata in hostes. Hinc etiam introductum, quod eorundē Persarum Reges, vt Xenophō testatur, sacratum quem vocabant ignē ante se deferrent: quos & Ro-

Sueton. in Augusto.

Autor & Rabbi Isaliteras, ac in suis commentarijs.

Chaldæi.

Liu. Dec. 3. li. 10. Xenophon. li. 8. Cyropaedia. Agatbias li. 2.

m ani

*Marcelli.
lib. 23. &
alijs.*

*Isid. lib. 9.
Orig. c. 2.*

Afyrj.

*Diod. li. 3.
c. 5.
Lucian. in
Dial. de Io
ne Tragæ-
do.*

mani imitati sunt, vt in emblemate de titulis dicimus. Vfi etiam sunt pro peculiari insigni ijdem Persarum arcu Scythico: vel quia sibi illius inuentionem vendicarent, quam alij Scytæ Iouis filio tribuunt; vel quia se iactarent in dirigendis iaculis insigniores, cum antea obscura, & sine nomine gēs fuerit: & vt ait Isidorus, ignobiles ante Cyrum, & nullius inter gentes loci habebantur.

Afyrj suum vexillum columbam insignierant propter illorum figmentum, quod Semiramis in columbam fuerit conuersa. Cuius rei metio est apud Diodorum, Lucianum, & alios: nec non apud Hieremiam admonentem, fugiant ab ira columbæ, quod interpretatur Diuus Thomas de Afyriorum furore, & Ioannes Annius in Berosum refert. Quod autem de Semiramide in columbam conuersa commentati sunt, ortum habuit forsitan à nomine proprio, quod auem significat. Cum autem colūba cæteras aues in multis excellat, conuenientius arbitrat

ti
funt
in
illam
trāsformatam
esse,
matris
figmentum
continuantes,
quæ
nuncupata
est
Derceta
Ascolonitarum
Dea, quam
vt
in
piscem
conuersam,
sub
Serena
imaginem
colebant.
Et
hoc
erat
idolum
Dagon,
quod
authore
Diuo
Hieronymo,
piscem
significat.
Ipsa
autē,
vt
ex
Diodoro
colligitur,
sua
conuersationis
operationem
caussata
est.
Nam
enixa
ex
adulterio
Semiramidem
in
paludem
se
proiecit.
Hæc
autem
Semiramis,
vt
notū
est,
mater
fuit
Nini:
qui
quidem,
si
aduertimus
rationem
temporum,
quodque
ex
sacris
litteris
colligitur,
colatis
simul,
quæ
prophani
authores
referunt,
idem
ipse
est,
qui
in
sacra
scriptura
dicitur
Nembrot.

LIBER I. 93

ti sunt in illam trāsformatam esse, matris figmentum continuantes, quæ nuncupata est Derceta Ascolonitarum Dea, quam vt in piscem conuersam, sub Serena imaginem colebant. Et hoc erat idolum Dagon, quod authore Diuo Hieronymo, piscem significat. Ipsa autē, vt ex Diodoro colligitur, suæ conuersationis operationem caussata est. Nam enixa ex adulterio Semiramidem in paludem se proiecit. Hæc autem Semiramis, vt notū est, mater fuit Nini: qui quidem, si aduertimus rationem temporum, quodque ex sacris litteris colligitur, colatis simul, quæ prophani authores referunt, idem ipse est, qui in sacra scriptura dicitur Nembrot.

Aegyptij in suam aciem Apidis, seu Serapidis figuram sub iuueni imagine præferebant. Hoc autem præcipue in diuina scriptura probatur, referente Israëlitæ ad eorū imitationem Deos postulasse, qui se præcederent. Et licet Hebraica dictio multitudinis habeat numerum in dictione Deos, vnum tamē signi-

*Ouid. li. 4.
Metam.*

D. Hiero.

*Diod. li. 1.
c. 2.*

*Ninus idē
qui Nembrot.*

Aegyptij.

1. Reg. 28.

significat: vt multis alijs locis, & præcipue Regū primo, vbi de Phitonilla figuram Samueelis interrogantē agitur, vt aibi & nos docuimus. Et hic meminisse oportuit, vt simul intelligatur ad imitationem Aegyptiorum non plures Deorum figuras postulasse, sed vnā Apidis, in formā bouis, aut vituli. Et hic ille est, quem Aaron constituit. Cumque illum ad præferendū ante se in vexillum portassent, quāuis scriptura dicat, fecisse vitulum, non est inconueniens solum caput intelligi, vt facile deferri posset. Sic enim dixerant. Fac nobis Deos, qui nos præcedant. Et huic opinioni astipulatur Lactantius, dū narrat: cum Moyses Hebræorum Dux montem ascendisset, & quadraginta dies ibi commoratus esset, bouis caput, quem Apin vocant, effinxerunt, vt illos præter in signum. Quod etiam Diui Ambrosij auctoritate confirmatur, qui hoc in quadam epistola euidenter docet.

Apis informa vituli.

Lactan. li. 4. de vera sapientia.

D. Ambro. li. 7. epi. 56

Thracēs.

Thracēs pro insigni Martē gestarunt, qui ab illis Thracij cognomen

men accepit. Et hoc ex eo, quod strenuissimi essent in bello, idque serio profiterentur credentes celestia illis subuenire præsidia à Deo suo Marte, cui diuinos honores præstabant.

Scythæ nõ dissimili ratione suis strānis viribus: & potentia confidentes, quasi aduersarijs excidium comminantes, fulmen sibi pro insigni vendicarunt.

Phryges, qui & Troiani, suę gestabant. Qui si aper fuit, satis esse potuit ad imperum, & vim explicādam. Quam satis in longa sua defensione monstrarunt, quæ & illos erat liberatura, nisi suorum proditio aditū hostibus aperuisset, quę vires assequi minimè potuerant.

Cap. 12. De Mendesijs, Indis orientibus, Dardanis, Argiuis, Samijs, Epidaurijs, Corinthijs, & Peloponnesijs, cum alijs compluribus.

MENDESII Deum Panem sub hirci effigie colebant. Et hic

Scythæ.

Troiani.

*Arnob. cō.
gen. Greg.
Nan. 2 in-
uectiua.
Theod. de-
cu. Gre. af-
fec.*

*Philos. in
Apollo.*

Dardani.

hic ille est hircus Mendesium, cuius meminere Arnobius, Diuus Gregorius Nazianzenus, & Theodoretus. Polyenus in libro stratagematum hunc asserit primum omnium in Asia dextrum, & sinistrum cornua instituisse: & iccirco ea ipsius capiti apposita: sed iam veritatem huius figuræ alibi detegimus.

Indos Orientales, quos Apollonius adijt eorum sapientes allocuturus auream anchoram pro caduceo gestasse tradit in eius vita Philostratus. Quod missa in mare cuncta rimetur, donec firmum aliquid cui adhæreat, inuenerit. Et hoc nobis insinuat, quod in dubijs rebus cuncta tentari oporteat: & quod firmitus, & securius fuerit, sit eligendum.

Dardanijs, postea Samothracibus in Phrygia, binos gallos inter se concertantes pro insignibus habuerunt ad suam fortitudinē ostendendam in his bellicosis auibus, quæ singulare certamen aggressæ non desistunt, donec vincant, aut intereant. Hinc actum est, vt galeæ cultus

cultus crista dicatur: & cristati, qui gerunt illā, vt passim apud poetas cernitur. Quod verò hic ornatus ad similitudinem cristæ furorem animi, atque audaciam significet, probant vetusta numismata: in quibus apparet non semel acrostolia ista. sic enim a multis ornatus galeæ nominatur.

Argiuorum insigne talpa esse dicitur: sed veriùs, mus, iuxta ea, quæ de ipsis narrantur. Cùm è Creta egressi, vt nouam deducerent coloniam aliqua in parte, petierunt ab oraculo, ostenderet situm, vbi nouæ sedes ponerentur, habuerunt in responsis, vbi terræ filij contra ipsos pugnarent, & obsisteret. Cùmque huc, atque illuc errarent quærentes locum, inuenta sunt quodā mane à muribus corrosa, quæ cunctæ ex corio factæ erant, adhuc et scutorum corrigiæ, absq; alijs. Nā ex corio fiebant multa, inter quæ & arma, præsertim cassides, vt ex Homero multis in locis constat: vbi de bubulis galeis meminit, necnon & hircinis, ex pelle scilicet, q̄ apud

Acrostolia.

*Strabali-
lib. 13.*

*Aelianus
de anima-
libus.*

*Homerus
in Iliade.*

Heraclides Ponticus.

nos Cordubensis dicitur, & hæc, ut creditur, duplex, aut verius multiplex consuebatur. Videntes autem damna à terræ filijs accepta, ibi fixerunt sedes: & Apollini templum ædificantes Smynthium à murium nomine dixerunt. Et prout Heraclides Ponticus adiūgit, dicere quidem possumus, ad arcēdos mures, quorum copia ibi est magna, è suo Deo musipulam fecisse. Nam eius statuæ pes ita erat fabrefactus, ut subeuntes mures subito comprimeret.

Samij.

Samiorum insigne fuit navis, quæ eius fuerint inventores, à quibus appellata est Samena, & hac in dedecoris, notam Atheniensium inuendo frontes signarunt, quos in bello quodam deuiceruat, auctor est Plutarchus.

Plutarchus in Lysandro & alij

Atheniensibus noctua fuit insigne: cuius in fronte inustione Samijs alijs profligatis par pari reddidere. Diximus hanc Mineræ dicatam, vnde illis signum: in qua sapientiam denotarunt, quæ illis in pretio erat: nam & Athenæ doctæ inter-

Noctua.

bebantur. Eadem de causa Romani suorum principum sapientiam extollentes illam in numismatis inciderunt, quæ in ipsorum memoriâ, & honorem excudere solebât: uti apparet in duobus Domitiani, vno cum latina inscriptione, & figura Mineræ cui adhaeret noctua; altero autem cum græcis literis excusso, vbi sola hæc avis inter duas lytras conspicitur.

Epidaurij, quorum ciuitas est in Achaia, gestabant & ipsi noctuam, sed in honorem Aesculapij: quem Deum à suo nomine nuncuparunt, propter celebre templum illius memoriz constructum. Et quoniam hæc ales est omnium vigilantissima, & plurimum Medicis vigilia conuenit, pro infirmorum valetudine omni cura, & studio recuperanda, hæc inter cætera insignia illi tradiderunt.

Corinthij in sua moneta equum Pegasum figurarunt: ut in paruo quodam nummo cernitur, quæ dicunt vocari Pollum, cuius rei causa est, quod iuxta Pyrenen fontem

Cuius rei sit signum.

Epidaurij

Quare noctua dicitur Aesculapio.

Corinthij.

De Pegaso equo.

*Bellerophō
Pegasi do-
mitor.*

*Pelopon-
nesii.*

*Iulius Pol-
lux lib. 9.
Onomasti-
chon.*

fuerit inuētus, vt Strabo, & alij ce-
stantur: & præterea in memoriam
Bellerophōtis, qui Corinthius erat,
& illum domuit equum, cuius ope
multis in prælis victoriam est con-
secutus. Cuius signum est vera
aliqua historia ortum habuit: nisi
(vt alijs placet) ad naturalium re-
rum rationem, quæ in solis viribus
considerantur referendum sit.

Peloponnesij suis in pecunijs te-
studinis signum posuere. Quod si
Apollinis inventioni in prima cy-
thara non tribuitur, poterit eius
provinciae situs propter eiusdē si-
militudinem significari. Est enim
peninsula, & ea ampla, & sinuosa:
ita vt plurima hinc inde habeat pro-
montoria, & ea de causa Platani
folio etiam assimilata est. De hac
pecunia dictum intelligitur, quod
Iulius Pollux refert, Testudines
vincunt virtutem, & sapientiam.

Mytilenæi, quorum ciuitas ho-
die Metelin dicitur quæ antiqua
est Lesbos, suis in signibus Sapphus
figurā depingebāt: quod inter eos
nata fuerit.

Taren-

Tarentini in altera moneta sua *Tarentini.*
superficie Tarentum gentis autho-
rem delphino insidentem posue-
runt: in altera verò eundem super
equum, ad insinuandum maris, ac
terræ imperium: aut quia Neptun-
ni filius haberetur: diuisoq; impe-
rio ambo eodem numismate pone-
rentur.

Træzenij signum habuerunt tri-
dentis in memoriam, & honorem
Neptunni Dei, quem colebant. *Pausanias
lib. 2. Plut.
in Theseo.*

Germani monetam cudētes ser-
ram imprefferunt, vetustum Aegy-
ptiorum signum, incerti belli Sym-
bolum: quando vtrinque monstra-
tur æquale. Et forsitan in hoc osten-
dere voluerunt fortitudinis suæ, &
emeni temporis vires, quo paula-
tim vincuntur omnia. *Tacitus li.
de morib.
Germano-
rum.*

Siculi vt ex eorum antiquis nu-
mismatis, & alijs Romanorum, &
veteribus quibusdam ædificijs cō-
stat, pro insignibus trina in se dese-
xa crura æquali spatio distincta, ge-
stabant. Et hoc propter tria eiusdē
insulæ promontoria: vnde & Trina-
cria dicta est. *Siculi.
Trinacria*

G 3 Rhodij,

*Rhodyj, &
eorum mo-
neta.*

Rhodyj, qui & Coloffenses, pecu-
niam rosa signarunt, vt ipsa eorum
numismata docent. Notandum quod
est huius monetae fuisse triginta nu-
mos argenteos, quibus veditus est
Redemptor noster: vt constat ex
ijs, qui maxima cum veneratione
feruati sunt, & à nonnullis autori-
bus referuntur. Continent ex vna
parte Solem, quem Rhodyj pro nu-
mine colebāt, & colossum celeberrimam
illi statuam erexerunt: vnde
& Coloffenses dicti, quo ad illos no-
mine Apostolus scripsit. Ex inuer-
sa autem parte ob insulae nomē, &
perpetuum virorem rosam appo-
suere. Hæc olim Ophiusa diceba-
tur: & serpentis nomen infaustum
credentes, vt omen effugerent, in
rosæ nomen commutarunt.

*Colossenses
vnde dicti.*

Ophiusa.

Corali.

Corali gens Pontica, bellis affue-
ta, linas rotas gestant, quæ Symbo-
lum esse possunt æqualitatis, & cõ-
cordiæ, admodum in militari disci-
plina, & armorum vsu necessaria.
Et his præcipuè, qui viribus suis, &
animi fortitudini confidunt: om-
nia siquidem facillè deficient, in-
terue-

terueniente discordia.

Turcæ, vt nulli est ignotum, Lu-
næ signum sibi vend. carunt, qua
sua vexilla insignita voluerunt. Ne-
que id apud nos mysterio vacat.
Cum enim Christiana virtus Sol il-
le sit, qui totum orbem illustrat, ei
Luna supponitur, quasi tenebras
effundens. Et licet hoc ecclipsis ge-
nus quoad nos tantum efficiatur, spie-
dore Solis nulla ex parte desuper
imminuto: laborem tamen, & per-
secutionem patimur, donec diui-
næ maiestati placitum sit, omnes
in vnum conuenire, quâdo in vni-
uerso terrarum orbe vna sit omniũ
intemeratæ fidei professio. Sed ad
causam insignium reuertentes, cur-
gens illa Lunam sibi delegerit: pro-
pter vnũ ex acquisitis bello regnis
dicitur id factũ. Et quidẽ videtur si-
bi hoc in signũ antiquitatis, & nobi-
litatis placuisse gestare, vtcũ Arca-
dib' cõuenirët: qui se antiquiores,
& nobiliores iactabant, vt vel ante
Lunam exorti fuerint. Quibus asse-
tentes quodammodo Romani, cũ
ab Euandro Arcade originem du-

*Turca, de
quibus le-
ge Leonice
nam.*

*De hoc le-
ge Dialo-
gos Leonis
Hebrai.*

*Arcadum
vetustas.*

*Martialis Lunata
nusquam pel-
lis.*

cere confirmarent, Lunam in calceis nobilium vsu arrogantissim. introduxerunt. Cuius Poeta suis in Carminibus Martialis meminit dum inter ceteras ruris laudes diceret, quod illic nusquam lunata esset pellis, rusticam in hoc simplicitatem commendans: quod ibi nulla sit insolentium, & arrogantium quorundam molestia quorum plena sunt urbium plateæ. Cuius etiã antiqui vsus aliquod apud nos vestigium mansit, cum in aliquot infantium calceis lunula gestantur. De Romanorum verò consuetudine meminerunt, & Plutarchus, & Iuuenalis, & alij: eiusque vetustas Esaiã verbis probari videtur, cum filibus Syon gentium cultu profanatis capitis ornamentum auferenduminatur. Vbi & lunularum meminit. Et quanuis nonnulli sentiãt eas in comendis crinibus vsas esse, illius tamen antiquitatis vestigium continere videtur, & quod iam proximè diximus, esse potuit.

*Plut. lib.
proble.
Esaiã 3.*

Cap.

Cap. 13. De Romanorum signis, Aquila, Manipulo, Minotaurο, Manu, Dracone, & alijs. De Lijs Gallie, Quinis, Lusitaniae, & Ecclesia Magãtina insignibus.



ROMANIS præstantissimum omnium signum Aquila erat, ita vt quanuis alia simul adessent, vt inferius dicemus, hoc semper in legionè cetera sequerentur. Hoc autem ex Marij institutione, paucis enim antè annis vnà cum alijs gestari cepit: sed Marius primas Aquilæ partes dedit, & aliarum ducem constituit. Hanc Romani à Persis desumpserunt, quibus, vt diximus, erat vsui: Persæ verò à Ioue, qui Aquilæ sibi elegit insigne, vel propter auxiliũ ab illa, vt aiunt, sibi præstitum: vel propter eiusdem auspiciũ: vt de Hierone etiam narratur, cum Regnum portendat. Et quoad naturam, multæ huius volucris sunt proprietates, quibus regnũ, & monarchiam designet: quod auium Regi-

*Aquila in-
signe Ro-
manarum
legionum.
Pli. lib. 10.
& alij.*

*Laetan. li.
1. c. 2.*

*Ioānes Sa-
lebriens. in
Policra. li.
1. c. 13.*

*Aquila ob-
tutus.*

*2. Paralipomenon .
19.
Vide Em-
blem. 10. li.
2.*

Dei nomē.

na fit, & domina. Quòd autem accipitri, vt dicitur, cedit, ratio est, quod ex aquilarum, & quidem potentiorū genere sit. Habet præterea Aquila peculiarem in volando modum, adeò excellentem, vt cælos pertingere videatur: & Solis radijs, ac fulguri resistit, adeò vt illum firma inconniuentium ocalornm acie intueatur. Et inter hanc, & illū quædam quasi amicitia dignoscitur: et eadē ratione neque illam cœlestia fulmina offendunt. Quæ omnia satis ostēdunt, quanta sit & Regum, & Principum maiestas. Cuius ratio nō minus quàm cœlestia respicit: nam in terris positi vices Dei gerunt quodammodo, & diuinis fungūtur muneribus, tum in administratione Iustitiæ, & in subditos exercenda clementia, tum etiam in deferēdo virtuti, & bonis debita præmia. Quæ omnia Dei proculdubio sunt officia. Vnde vetus poëta finxit Iouē in schola docere, vbi Reges tantūmodo dictata exciperent. Quibus aptè conuenit, Deum in huius ministerij rationem nomen suū Helo-

in

in principibus cōmunicasse, velut in sacra scriptura apparet, & Diuus Chrysostomus admonuit in Psalmis. Hinc ergo licet intueri, quanti apud nos habendi sint principes, & quàm meritò dixerit Apostolus, qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit. Sed hac de re latius alibi.

Manipuli signum apud veteres in vsu fuisse diximus: & notissimum est sub Rege Romulo admissum, non alia de causa, quàm quòd facile pareretur ex qualibet sicca herba. Idem etiam ex feno tauri cornibus alligatus feritatem eiusdem denotabat, vt obuios arceret, iuxta prouerbium.

Minotaurus in Labyrintho, aut etiam seorsum positus, secretum in bellicis consilijs apprime necessarium designabat. Vnde etiam idē significantes Deo Conso, quē suis fauere consilijs desiderabant, vnde quaque coopertum templū cōstruebant. Et sic in circis, vbi Deorum in medio structa erāt insignia post primas metas subterraneum erat

*D. Chryso-
sto. in Psal.
Deus De-
orum locu-
tus est.*

*Plu in Ro-
mulo Quir-
3. Falso
Pertica su-
spensas ge-
stabat lon-
ga mani-
plos.*

*Consus Cō-
silijs Deus.
Aug. 4. de
Ciuit. Dei.*

erat altare, vt ex Tertulliano libro de spectaculis constat, quo singulos admonerent, quàm sit conueniens, vt consilia, quasi humi deposita, & abscondita, semper occulta permaneant.

Manus.

Manum aliud esse signum diximus, vnanimem illorum cōsensum significans, qui sub aliquo vexillo sui ductoris imperio parent.

Draco.

Fuit & Draco aliud insigne satis notum, & consuetum: cuius originem ad Herculis hydram referūt, quam ex eius posteris quidam sub Turno aduersus Aeneam pro insignibus gestarit. Sed alij ad Pythonis ab Apolline interempti memoriam referunt.

*Isid. li. 17.
Originum
cap. 3.*

Isidorus in Ethimologijs inter Aquilam, & Draconem pilas recēset: quibus Augustum Cæsarem ob sibi subditas totius Mundi nationes vsū scribit: nec pila, iaculorū genus intelligit, nam infrā globulos esse dicit. Cui conuenit, quòd in nonnullis numismatis videmus, vbi cum Romæ effigie, quod galeatum est caput, tres simul globi ponuntur:

antur: vt denotent Romam in totum orbem dominari, qui tunc tēporis in tres diuidebatur partes, Europam, Asiam, & Africam. Idq; postmodum clariùs expressum est in quodam numismate, vbi tres illi orbes in trianguli formam æquidistantes apparent, cum inscriptione singulis apposita.

*Mundi
partes.*

Quas flammulas vocāt, vela crederim, quæ instar flammarū formata erant: vt etiam nunc in quibusdam vexillis intuemur, quæ ad ornatum, & conspectū tantum eriguntur, & ab his originem trahere non dubito. Quorum postea plures introductæ sunt formæ: nec in his designandis demoror, tanquā à re alienis.

*Flāmula
quæ.*

Lupus fuit aliud signum, vt animal Marti dicatum. Quin & equū, quòd bellicosus pugnā præfagiat, & dormientem equitem excitet, conueniens arbitrati sunt, vt inter cætera suis vexillis describerent.

*Lupus, &
equus.*

Porcus etiam in signa receptus est, quòd fœderibus percutiendis interueniret. Nam suem lapideo gladio

*Li. 2^o Dec.
1. li. 1.*

*Festus Pö-
peius, &
alij.*

*Vegetius
de re mili-
tari lib. 2.
Valtu. 10.
Lazius 7.*

*Lilia Gal-
lorum insi-
gnia.*

*Robertus
Guaguin⁹
in Clod &
Arbori. de
regalica li.
1. Perio-
che 9.*

gladio vulnerantes diras impreca-
bantur in eum, qui primus fœdus
frangeret, vt sic & ipse caderet ca-
sus, lapidem longè proieciat; eo
quod amplius opus non esset. Et
hoc erat apud illos Iouem lapidè
iurare.

Pinna, vt ex Vegetio apparet,
inter cætera nominantur signa. Er-
si hæc murorum extrema, quæ di-
mensis spatij prominent, denotâr
facile è intelligere, quales fuerint.
Et quoniam de his apud authores,
aut antiquitatis monumenta, nihil
relatu dignum reperimus: vna cum
illis extremus interloquendi ade-
rit finis de his, quæ ad Romana p-
tinent insignia. Quod si nos Gallia
insignia non euocarent, de omni-
bus sermonem claudere iam lice-
ret. Sed quid tria demonstrant li-
lia, oportet explicari. Est autè rece-
ptum, cœlitus illa data, fuisse Clo-
doneo Regi, cum primam Christi
fidè acceperit, & antea ternos bu-
fones in signum gestauerit. In qui-
bus vetus error fati arguebatur,
necnon & magnum Dei beneficiũ,

qui ex cœlo illum cum suis eductũ
ad Ecclesiæ suæ hortos deliciarum
transtulit. Scripserunt de horũ insi-
gnium miraculo Guaguinus in Clo-
doneo, & Episcopus Arboricensis.

Lusitaniæ scutum fama etiã est
habuisse principium, ac desumptũ
esse à simili, quod in cœlo apparuit:
in quo nostræ redẽptionis insignia
repræsentantur. Quodque certius
mihi est compertum, hæc vnã cum
belli titulo in bello de Oriue orta
sunt. Vbi Rex Alphonus quinque
Reges Mauros debellauit, qui pro-
mutua ipsorum coniunctione, &
scedere eadem scuta gestarũt, quæ
meritò in tam insignis victoriæ tro-
phaum obseruata sunt.

Nullus sane esset modus, nullaq;
etiam voluptas, si singula omnium
insignia descripta voluerimus: quã-
uis ex illis præsertim essent, quæ ab
aliquo prudenti consilio originem
duxerunt, & ad moralem sensum
reduci possent. Pro quibus vnum
hoc Ecclesiæ Maguntinæ signum,
quod admirabile fuerit eius prin-
cipium, explicabimus. Est autem,

*Lusitano-
rum insi-
gne.*

*Alphonse
Regis Vi-
ctoria.*

*Ecclesiæ
Magunti-
næ signa*

vt pluribus in locis videre licet, Ro-
ta; quam sibi pro insignibus dele-
git, & quòd Vviligifus Archiepisco-
pus Lignarij cuiusdam, qui rhedas
seu currus fabricabat, filius, ne in
superbiam deueniret, in conclauis
suo rotam figurauerit, cum hac in-
scriptione VVILIGISE RE-
COLE VNDE VENERIS.
Fuit primus imperij elector, & plu-
rimùm suæ Ecclesiæ statum ad au-
xit. Et cognita post mortem magna
eius humilitate, eius Ecclesiæ pri-
mi rotam pro insignibus elegerunt;
quæ & Henricus II. confirmauit,
fuit hic Quartus, & trigessimus Ar-
chiepiscopus, & obiit anno 1011.
sepultusque est in Diui Stephani
templo, quod in eadem vrbe constru-
xit. Fuit quidem mi-
ra-
bile Symbolum, & in-
ter cætera dignif-
simum referri.

*Democra-
tes de sa-
crificio
Missæ 10.2
c. 34.*

Cap.

*Cap. 14. De vetusto signaculorum
vsu, iam à bello Troiano, & qui-
bus Agamennon, Alcibiades, Aæ-
metus, & Epaminondas vsi sunt.*



ACTENVS anti-
quum signorum, &
emblematum usum,
& originem referre stu-
dimus. Et quanuis
de his satis dictum fuerat, in hunc
locum distuli explicare, quæ inue-
nio antiquissimis temporibus in usu
fuisse circa ea, quæ signacula dixi-
mus, vulgus autem Empresas. Quæ
insignes quondam Duces non sine
magna elegantia, & ingenij splen-
dore, ad demonstrandos animi sui
conceptus, siue conatus maximos,
sibi peculiariter delegerunt: vt in
sequentibus apparebit.

Euripides in Phœnissa, vbi The-
banum bellum describit, Hippome-
dontem ait oculatum Clypeum ge-
stasse: Tydeum, Leoninam pellē:
Capaneum verò, gigantem, qui vr-
bem catenavinctam in humeros su-
stulerat: vt innueret, quæ illi euen-
tura

*Symbolo-
rum vetu-
stas.*

*Nōnulli vi-
ri eruditi
vocant ar-
canū gesta-
mē, Symbo-
lum, vel
Symboli-
cā figurā,
hierogly-
phicū, rei
monumen-
tum.*

*Hippome-
dontis, &
Tydei insi-
gnia.*

H tura

*Adrasti,
& Polyni
ces insignia.*

tura erant. Adrastum etiam scribitur
Hydrum centum habentem capita
in scuto depictam delegisse. Eschy-
lus eodem de bello agens refert Po-
lynicem hominem auratis armis in-
dutum figurasse, quem Iulitia du-
cebat, cum quadam inscriptione,
suo idiomate, dicente, D V C A M
huc virum, & victor vrbe potietur.
Capaneus Tradit & aliquid de Capaneo di-
uersum, asserens eius insignia face-
fuisse, cum his verbis, V R B E M
C R E M A B O: quod tamen Eu-
ripedes Prometheo attribuit.

*Promethe-
us.*

*Vir. 2. Ae.
de insigni-
bus Græco-
rū, & Dar-
danorum.*

In bello Troiano nec Homerus,
nec alij veteres scriptores, quam
tunc insignia fuerint, meminerunt.
Sed ea in vsu iam fuisse ex Virgilio
deduci videtur: vbi Corebus ait,
Mutemus clypeos, Danaumq; in-
signia nobis Aptemus. Cumq; ad-
modum hæc necessaria fuerint, nõ-
nulli ea fuisse sentiunt. Sed Virgi-
lianus ille locus hoc non probat.

*Discrimẽ
insignium.
& vabitus*

Clypeorũ enim mutatio erat pro-
pter formæ diuersitatem quæ autẽ
insignia fuerint, subito declarat di-
cens, deinde comantem Androgei
galeam,

galeam, clypei que insigne decorũ
induitur. In quo & clypeum a deco-
re comẽdat: & coma in galea, equi-
na erat cauda: vt ex alijs Homeri
locis constat, & in antiquis apparet
numismatis: a quo inter Turcas in-
signũ antiquitatis nobile habitũ est.
Nec opus erat varijs insignibus dif-
ferre, cum sola armorum diuersita-
te discernerentur, atque etiam ca-
pillis. Græcos enim ocreatos vocat
Homerus, a coriaceis caligis: Tro-
ianos autem comatos. Veruntamẽ
apud Pausaniam curiosa Agamen-
nonis insignia reperio. Ait enim in
Olympiæ templo suspensum fuisse
illius clypeum, in quo hominis ca-
put cum huiusmodi literis erat in-
cisũ. HIC TERROR EST MOR-
TALIVM, ET QUI EVM GE-
STAT, AGAMEMNON. Expo-
nit etiam & alios ibi fuisse clypeos,
in quibus continebantur, quæ vo-
cat emblemata. Et alio in loco Ido-
meneum gallum in scuto gestasse
testatur.

Alcibiades (authore Athenæo)
dum aciem duceret, scutũ ex ebo-

Homerus.

Pausan. li.

*5.
Agamen-
nonis insi-
gne.*

*Eod. lib. in
fine.*

*Atheneus
li. 12. c. 16.*

re, & auro formatū gerebat: in quo depictus erat Cupido, qui fulmen manib' flectere conabatur. Cuius euidens ratio est, quod seipsum amantem, & nobilem fateretur: sed infirmitatem suā à fortitudine aduersarij excusabat, qui vel ipsum Iouem superauerat.

*Admeti
Symbolum*

De Admeto Græciæ Rege narratur, cum Alcestem sibi vxorē peteret: sed eam pater destinauerat illi, qui suo currui diuersi generis feras coniungasset. Atque huius rei ab Apolline, & Hercule certior factus Leonem, & hystricen currui trahendo supposuit. Quod Diuus Fulgentius in Mithologijs ad animi, corporisq; fortitudinem refert. Atq; huius Symboli imitator Traianus in quodam suo numismate has coniunxit feras, quas & Hercules ducebat.

Di. Fulgentius in Mithologijs.

Traiani numisma.

Epaminondas clypeus

Epaminondas nobilissimus Thebarum ciuis, quo viuente liberos Thebanos fuisse, dicitur, mortuo verò, in seruitutem redactos, in prælio, vnde victor euasit, vulneratus, priusquam illi telum educerēt, sibi

sibi Clypeum adduci postulauit, amplexatus illū admota facie, suorum laborum socium appellabat. Hunc Dracone insignitum Pausanias refert, quod ab Spartiatis, antiquissima Thebanorum familia descendere: quam ex Draconis dentibus à Cadmo seminatīs ortā fuisse fabulantur.

Pausanias li. 5.

Cap. 15. De regulis ad signaculorū inuentionem, & proprietatem obseruandis: quarum duæ suis exemplis apponuntur.



EQVITVR modo de regulis ad signacula excogitanda agamus, ut quænam vera, & propria sint, intelligantur: & cōfestim addemus in quo ab his emblemata differāt, & in quo conueniant.

Prima ergo regula erit, ut æquā inter se habeant corporis, & animæ proportionem. Corpus autem ipsa est figuræ inuentio: anima verò inscriptio, quæ cum animi motum si-

Regula prima.

gnificet, vulgò dicitur mo: apud Hispanos. Sed quoniam hac in re varia sunt opinioniones, aduertendū est aliquando hanc animam, siue animi significationem, in figura cōsistere, & inscriptionem adiuuare: aliquando in hac ipsa, & figuræ deferuire. Tale est illud, Animus abundat, fortuna deficit. Inscriptio enim, quicquid dicendum erat, expressit: nec facile adiungi corpus poterat. Et sic condonandum erit, si quale potuit, adiunctum est. Sunt & huiusmodi sententiæ quædam in se mirabiles: sed quibus figura conueniens adaptari nequeat, & adhuc inquiritur. Qualis illa est, RELICTURO SATIS. Hanc sibi Prælati quidam delegerat: nec tamē vnquam corpus, aut figurā illi aptare, quanuis peritiores multos consulisset, inuenire poterat. Accidit tamen illi, vt annulum insignis pretij, atque æstimationis, quem vix digito gestare, sed neque alijs vidētibz spectare audebat, offerre necesse fuerit cuidam ex magnatibus ad cuius notitiam peruenerat, & ostendi postulare. Et tunc amico-

*Vide lib. 3
Emble. 4.*

*Relicturo
satis.*

rum quidam admonuit, iam sua sententiæ parem inuenisse figurā, manu ostendente annulum nō digito appositum, sed ab alio tanquā memoriæ deseruientem inclusum. Cui conuenit inscriptio, Satis illud esse proximè relicturo. De signaculis autem, vbi figura est anima, quæcunque absq; verborum ornatu efficta sunt, in exemplum adduci possunt: quorum plura retulimus, præter illa, quæ notissima sunt. Sunt et insignia, quibus inscriptio nihil adiungit, sed comitatur tantū. Quale est, FESTINALENTE, in antiquo Augusti numismate: & absque illa inscriptione aliqua ex parte præstantius esset. Quod autem hac in prima regula de æqua animi, & corporis proportionem dicitur, non solum admonet inscriptionem adesse, vt inferiùs dicemus: sed quod inter se conueniant, & paritatem habeant. Si enim de prophanis rebus agitur, sacræ scripturæ verba immisceri non decet. Quemadmodū, & in ijs, quæ ad mores pertinent, aut

*Plures vsi
sunt Symbolicis figuris sine vlla inscriptione.*

*Proportio
necessaria.*

spiritualem, ac pium sensum, prophanam sententiam adducere minus conuenit.

*Ars pingē
di.*

Hæc igitur prima erit proportio. Secunda verò, quando longior sententia inscribitur, vt si integer versus apponatur, figura nõ debet esse breuis. Ad hanc autem proportionem obseruandam, picturę artis regulas obseruari oportet: & illud in primis, ne pendere in aëre videantur, ita res colligare, vt firmas habeant sedes. Et hoc maxime inter est Emblematum, quæ vt plurimum cælo, & terra, & his, quæ visui, & si longissima apparēt, adornantur. Neque id omnino necessarium est. Considerantur enim tunc figuræ illæ in plano, vt figuræ Mathematicæ, vel aliæ tanquam literæ in albo papyro descriptæ: quas inter se colligare non oportet.

*Obserua-
tio adhibē-
da.*

*Formica,
spicarum-
que hyero-
glyphicum*

Hæc quidem, de qua loquimur, proportio defecit in antiquo Symbolo formicæ, & spicarum: vbi extra naturalem mensuram formicæ depingitur, neq; vlla tantæ est magnitudinis, vt spicam granis cõser-
tam

tam nedum tres valeat ore sustinere: vt in dicta figura proponuntur. Est etiam aduertendum quemadmodum inscriptio collocetur. Nã vbi flammæ subsunt, eam desuper sistere ratio non sinit. Si enim, vt pictura demonstrat, sententia illa papyro, aut charta pergamea excepta foret, nusquã ab igne illæsa seruaretur. Qua in re notabilis adesse solet incuria, quæ vel à rusticis deprehendatur: vt in eo, qui maturas spicas, iam messi proximas, stãtes, & rectas depinxit. Nequit enim id fieri, quando iam inclinato capite falcem ad refecandum exposcere videntur.

*Vbi sit in-
scriptio
collocãda.*

Altera verò Regula est, ne ita sit clarum, vt quilibet intelligat: neq; sic obscurum, vt interprete indigeat. Primi ratio est in prõptu: quòd si facile est cognitu signaculũ, minoris est intuenti voluptatis: si verò nõ nihil habeat difficultatis, quæ attentione vincitur, iucundum est inquirendo authoris mentẽ intellexisse. Cumque id non omnibus cõtingat, & inter diuersos variæ sint
sen.

*Secunda
regula,*

*Vir. ecglo
3. Tres pa-
teat Cœli
spatiū non
amplius
vlnas.*

*Perspicui-
tas afficit
iudicantes
voluptate.*

sententiæ, hos omnes quodammo-
do ingenio superasse, naturalē af-
fert iucunditatem. Sed hoc ex ob-
scuritate deuenire nequit. est enim
molesta, & grauis, neque ingenio sa-
tisfacit; imò consultò in suppliciu,
& tormentum illius videtur factū.
Qualis est Virgilij locus, quem po-
situm fuisse dicunt, vt patibulo es-
set Grammaticis. Est etiam diffe-
rens ratio in ijs, quæ pro suo libito
& sensu peculiari ordinantur insi-
gnia. In quibus si quis à nullo velit
intelligi, nihil refert. Sunt enim quæ
dam inuenta, quæ verè loquuntur
aut alicui personæ, aut omnibus.
Hæc sanè vltima sunt, aut esse de-
bent, quæ publicis ludis excogi-
tantur. Effet enim satis impropriu
sermonem à iudicibus, & spectato-
ribus auertere: quanuis singularē
mentis conceptum author velit ex-
primere. Caterum qui & figuras sē-
tentijs accommodat, claritatē de-
bet attēdere: aliàs iniucundus erit.
Nec locus ad est inquirendi, quæ vo-
luerit exprimere, certiorq; esse po-
terit iudices, quod deterius est, in-
terpre-

terpretaturos. Quando verò nō ad
omnes, sed ad certam personā lo-
quitur, tolerandum est, siquid ob-
scurius dicatur. Quanuis imperti-
nens, & satis ineptum esset, si ad in-
telligendum id, quod peculiari per-
sonæ dirigitur, opus sit longa inter-
pretatione, & quòd literis operam
dederit. Quale est illud cuiusdā in-
uentum: qui perpetuas sui pectoris
flamas significaturus Iunonis Lu-
cinæ templū depinxit: in quo ignis
de more semper ardebat: vt iuxta
nomen luceret semper. Quidā alius
id ipsum facilius expressit in arden-
ti Aetna: è cuius medio amnis pro-
fluebat, cum inscriptione, SVM
NILVS SVMQVE AETNA
SIMVL. In quo & alterum pu-
blicauit affectum, nempe lacryma-
rum profluum. Sed verè poëtarū
licentia est vsus: qui fluuios ex vna
in aliam partem transferre valent.
Imitatus autem est Sanazarum, cu-
ius illud est hemistichium, & satis
elegans totum illud epigramma,
vnde sumptum est: itaq; in re illa ni-
hil potuit ingeniosius inueniri.

*Iunonis
Lucinæ tem-
plum.*

*Sum Ni-
lus, sumq;
Aetna si-
mul restin-
guite flam-
mam, O la-
cryma, la-
crymas e-
bibe, flam-
ma, meas*

*Improbã-
tur alia
Symbola .*

Milij manipuli inuicem colligati cum hac scriptura , **SERVAR**
ET SERVARE MEVM EST, quibus nobilis matrona sui honoris sollicita, & earum, quæ illi affidebantur, vfa est, commodum signũ erat, tibi solis pharmacopolis notum esset, neque omnibus, sed curiosis, qui sciant radicem ponticam, & camphoram in milio conseruari. Exemplum autem insignium quod nimis sint clara, erit iugum cum literis **SVAVE**. Quod vnusquisque facile excogitaret. Nec dissimile admodum fuit, quod quidam Princeps effinxit in Symbolo, cuiusdam liberratio-
ratiocinij, à quo plures flãmæ prodibant, cum hac inscriptione, **RECEDANT VETERA** : significans nouum deinde futurum librũ. Prudenter quidem, dum veniam pro-
mittit ijs, qui illum offenderant, & mores immutare decreuerant. Sed inuentio parũ in se habuit ingenij. In hac autem excusari videtur quod ad omnes generaliter pertineret, vt à nullo difficulter intelligeretur. Sub hac etiam regula, ad cui-

uitandam quam dicimus obscuritatem comprehenditur, in huiusmodi insignibus fabulosas figuras minimè inferendas : nisi fortasse & illæ sint notissimæ : qualis hydra, & equus Pegasus. Neque ex ignotis herbis, aut animalibus desumi conueniret: aut aliqua ex re, quæ coloribus indigeat.

Cap. 16. De tertia, quarta, & quinta regulis, quæ in signaculis deligendis sunt consideranda.

TERTIA regula est iucũda sint aspectu hæc signacula. Et licet hoc sit perquã necessarium, multo rariũ tamen incuriam despicitur. Propterea eorum, quæ dicta sunt ratio est, vt res debita proportione describantur, atque apte, & appositè sibi cohereat, ne in ære pendere videantur. Et vbi sententia, siue inscriptio, quæ motus animi dicitur, interuenit, congruenter, & venustè collocari oportet.

Quarta

*Absint à
Symbolis
fabulosa.*

Tertia Regula.

Eiusdem ratio.

*Quarta re-
gula.*

Quarta est, ne in his humana fi-
gura apponatur. Neq; interest, tot
seniorum, & iuniorū Symbola spe-
ctari, in quibus regula hæc obserua-
ta non est, etiam ab his, qui eā alijs
obseruandam tradiderunt. Si qui-
dem negari nequit præstantius esse,
quod humana effigies in eisdem
minimè intercederet. Et sic pauci-
sima sunt inter antiquos: & hæc
sine causa, aut dispensatione infra-
dicenda, vt tantæ improprietatis
non incusetur. Quod verò ad ratio-
nem pertinet, ne in his figura vll-
i hominis incidatur, dici solet, tales
imagines rerum esse debere nõ ad
modum frequentium, sed quæ rare
appareant. At figura humanæ vbi
locorum obuia est: ideo minus con-
ueniens, nisi habitu aliquo extraor-
dinario induatur, aut aliàs non ead-
em, quæ semper est tunc interest
videatur. Verùm aliam huius regu-
læ causam assignare solitus sum.
Quod quemadmodum tenuis lite-
ra tenuem scripturam conficit, mi-
gnam tamen rationem, conceptio-
que complectitur: pariter quod li-
guris

*Cur huma-
na figura
Symbola
non deceat*

*Opinio au-
thoris.*

guris exprimitur, quasi breuibus li-
teris, multæ significationis esse de-
bet. Sic Scarabæus in quorundam
militum parmis virilem conatum
denotabat. Nã sicut inter hæc ani-
malcula, nulla est fœmina: sic nullū
inter eos formidolosum esse, sed
omnes fortes, & imperterritos esse
viros asserabant. Cumque hominis
figura sit quidem per se magna, ni-
hil habet, quod significet, præter ip-
sum hominem. Cumque totius Mū-
di figura magna etiam sit, in se cõ-
uenientior, quàm hominis, qui &
paruus dicitur Mundus, esse poterit.
Res enim ad famam, & ingeniū
spectantes pretio, & existimatione
Mundo ante ferri possunt. Hoc au-
tem de his, quæ veræ virtutis sunt,
intelligitur, in qua animus, & inge-
nium versantur, & hoc nomine de-
corata honorem vera fama compa-
ratum obtinent. Ex quibus agnosci-
tur improprietas eius, qui acetosã
herbam sub homine illam pede cõ-
tundente in signum delegit, cum
hac sententia, VIRESCIſ VVL-
NERE VIRTVS. Aiunt enim hæc
herbam

*Scarabæus
virilis co-
natus Sym-
bolum.*

*Hominis
& Mundi
collatio.*

*Improba-
tur quod-
dã figuram*

herbam calcatam virefcere. Notatur autem defectus, quòd ob solā contusionem hominis figura sistat: quod inuenustum, & iusulum est proculdubio, cum nil aliud faciat: & satis erat calceum herbæ imponere. Nam & in veteri lapide hieroglyphicis notis exarato, de quo in opere de literarum origine, & principio locuti sumus, vbi de Aegyptijs tractamus. Vna tantum calcei solea ad contusionis Symbolum posita est. Quin & in scriptura diuina per calceamentum possessio intelligitur, dicente Dauid. In Idumeam extendam calceamentum meum. Recte que conuenit sententia consulti dicentis, quòd possessio dicta est, quasi pedum positio. Cum verò in Symbolo, de quo agimus, integram hominis figurā conspicimus, omnem in se considerationem trahit, ita vt vix sub pede ipsa herba appareat: nec vllus talē esse acetosam facillè cognoscat, neque etiam apud communes herbariarū facultatis authores huius proprietatis memoria reperitur. Aliud

*Pf. 59.
Labeo. &
est l. i. D.
de acquir.
possess.*

*Aliud Sym-
bolum defi-
ciens.*

signum

signum fuit simile ferreo instrumēto describentis in lapide verba hæc SCRIBIT IN MARMORE LAE SVS. In quo nil amplius figura continet, quam inscriptio. Ipsa autem effigies quoad similitudinē oppresum significat, quod potuit aliquo modo admitti in hoc. Nam si inuētor seipsum depingeret, licet aliqd sibi adiungeret, quod simul etiam significaret, esset idem, quod velle aliquem in scenam prodire, nō assumpta persona, & omnibus apparere; quod ineptissimū haberetur. Sed sub persona alicuius etiam cogniti, aut communis figuræ, vt militis, siue pastoris, publicè in theatrum ascendere licet, & conueniens est. Et hac ratione, quanuis in se figurā hominis habeat numisma illud, probatū est, quòd alias multis de causis commendatur, cum in inuentionē habeat, & maiestatem: illud, in quā, quod percussum est, cum Philippi Regis nostri effigie, anno quinquagesimo sexto, cum Carolus V. Imperator Gloriosæ memoriæ regnis se abdicauit. In cuius inuersa parte

*Admirabile
Philippi
Regis Sym-
bolum.*

I

Hercu-

*Partes hu
manæ ima
ginis non
admittun-
tur in figu-
ram.*

*Veritatis
signum.*

*Quinta re-
gula.*

Hercules Mundum substinēs scul-
ptus erat, cum inscriptione, VT
REQVIESCAT ATLAS. Quòd
si integri hominis effigies recusa-
tur, vel tantæ non est proprietatis,
multò magis reiiciendæ sunt par-
tes, (quanuis hæc etiam vsurpata vi-
deamus) vt brachia, pedes manus.
Quæ si per se cernuntur, viua perso-
næ actionem demonstrare neque-
unt: quâquam interim hac de caus-
sa ad motis nubibus depingi solet,
quasi eiusdem reliquis contegatur.
Multo que minus apponendum est
abscissum caput, nihil enim viui præ-
ferret, nisi in disco, cum Diui Ioã-
nis caput amputatû significamus:
in quo veritatis Symbolum appa-
ret.

Quinta Regula est, vt insignem
sententiam habeat inscriptam; vt
sit vndique perfectum: quanquam
verum sit fieri solitum tam ab anti-
quis, quam à recentioribus, solis re-
rum imaginibus, quæ veræ sunt lite-
ræ. Quòd non semper conueniens
inscriptio inueniatur, licet quibus-
dam faciliè videatur. Sunt enim &
in

in ipsis inscriptionibus regulæ ob-
seruandæ: quarum prima est breui-
tas, vnde & breues appellari solêt.
Desumi etiam consuevit aliquis di-
mediatus versus: præstantiorq; erit,
si fuerit cognitus. Possunt deinde
inscriptiones fieri quacunque lin-
gua, voluerit inuentor. Secûda regu-
la erit, vt ex se aliquid dicat: ne sit
idem cum figura, quale est, vt ad-
monuimus, Festine lente. Est præ-
terea attendendum integrum ani-
mi consilium declaret inscriptio.
Ob id enim & motus, & anima di-
citur. Quòd si partem figura, partem
verò literæ declarauerint, non erit
ab re imò, vt multis placet, rectius.
In ludis publicis edi solent insignia
vbi propositum, siue intentû vno,
vel duobus versibus aperitur. Qua-
le fuit apud nostros intentum illud
Dæmonis flammis ambusti, cû his
MAS PENADO, Y MAS PER-
DIDO, Y MENOS ARRE-
PENTIDO, id est magis anxius, &
magis deperditus, & minus pœnitenti-
a ductus. Aliud ex vasculis perfor-
ratis in rota ad hauriendam aquâ,

*Prima in-
scriptionis
conditio.*

Secunda.

Tertia.

*Dæmonia
ca inuētio.*

*Inuentio
honestæ &
curiosa.*

quorum aliqua plena sunt, aliqua
verò inania, scriptum habent. **LOS
LLENOS DE MALES MIOS
DE ESPERANÇZA LOS VA-
ZIOS**: Quod est, plena malis, va-
cua spe. Tribus versibus fuit inscrip-
tum in signe cuiusdam, qui ad ama-
tam puellam duxerat vxorem. Et
deinde in quodam hastiludio Cupi-
dinem gestauit depictū, altera ma-
nu super iugum, & altera super sa-
gittarum manipulum tenentem: &
in basi, cui insidebat, Hispano ser-
mone, **TANTO MONTA**. Quod
latinè sonat, tantum valet: deinde
appositi versus, **DESPVES QVE
ME ATASTE AL YVGO DE
TVS FLECHAS NO ME E-
SPANTO AMOR, PERO
MONTA TANTO**. Hoc est, ubi
me iugo vinxisti tuas, Amor sagit-
tas non refermido. Sed tantum valet.
Vtebantur aliàs insignibus hu-
iusmodi in tapetibus, quali auidi cu-
iusdam equitis, tunc forsan sub ad-
uersa fortuna laborantis. Disse-
minauit enim in campo plures laque-
atas costulas, quibus aues capiun-
tur,

*Inscriptio
ubi aliàs
vsurpata.*

tur, vulgò apud nos Loncijeras: &
in extremis vnde quaque scriptum
erat, **TODAS ESTAS ONCI-
GERAS, QVE VEYS POR A
QVI SEMBRADAS SV CA-
ZAR ES HADAS MALAS**, i.
Quas vides hic costas laqueatas,
non nisi mala fata capiunt. Plura
sunt huiusmodi, quæ possumus ad-
ducere, sed prædicta sufficiant. Ut
verò tandem concludamus, si in-
scriptio cõtineatur semiuersu lati-
na, aut vernacula lingua, non parū
habet leporis: Quidam ex Hispa-
nis proceribus stellam polarem ge-
stat cū his literis, **BVENA GVIA**.
hoc est, felici fidere. Hoc sibi ele-
git Symbolum, qui ex familia ma-
gnatum ortus, nec diues admodū,
sed sibi illo tempore sufficiens bre-
ui nouam constituit domum, atq;
eam, prout sperauerat, amplissimā.
Alia principum familia mundū ge-
stat, & hanc inscriptionem, **TODO
ES POCO**. Totum est parum.
Quod Catholicè consideratum, vt
proculdubio inventor sensit, his cõ-
uenit, qui Deo frui desiderāt, qui-

*Symbolum
cuiusdam
principis.*

*Christia-
num gesta-
men.*

bus inanis est Mundus: nec quicquam in se habet, quod illum moueat ad rem minus honestam perpetrandam, Et licet illi omnia feliciter contingant, & sublimiorē obtineat locum, non dubitabit, quin omnia vacua, & inania sint, quoad veram voluptatem, & animi satisfactionem quæ in beatitudine inuenitur. Neque enim pertingunt mentem, cuius vacuum non nisi Deo adimpleri valet. Vno versu insignis ille Hispaniæ antistes mirabiliter mentem suam explicuit: Qui cum à filice cognomen habuerit, in stema sibi illum adsumpsit, cum Iesu nomine flammis hinc inde circumdatum: & in ora scuti ferrea illa instrumenta quibus ignis excutitur, quæ nos dicimus slabon. Inscriptio autem hæc erat, ESLABON ME ES TODA COSA. Ferrū ignem excudens mihi omnis res est.

Quicumque enim diuino amore fuerit affectus, ex rebus omnibus maioris sibi affectus occasionem sumit.

Mens solo Deo expletur.

Hieroglyphicum cuiusdam antistitis.

Cap. 17. De sexta regula, & reliquis usque ad undecimam in Symbolis heroicis obseruandis.



SEXTA Regula: quæ *Regula sexta, & ea seruandam censeo, præcipua.* hæc est: vt propositū siue mentis conceptus aptus sit, & bonus. Nisi enim talis fuerit, necessario malum, & indecens futurum erit, quicquid iniquè cogitatum, aut dictum fuerit. Quod si in publicis, & festiuis ludis amantium inuentiones, & dictoria permittuntur, id non alia ratione fieri potuit, quàm quod honeste amare iudicentur. Et qui abutuntur licentia, & talia scriptis referunt quæ nobiliorū, & optimorum aures offendant, verè digni sunt reprehensione: sed maiori reuera iudices, si talia in communem omnium iniuriam permiserint. Nec contenti esse debent, qui signum aliquod gestant, quod suæ intentioni conueniat, si & simul aliquid interneniat, quod bonum non sit. Et hanc ob rem fuit

Poeniendallicentia.

peffimum illud Symbolum, quod ex incude, & malleo fuit ex cogitatum: quod tanto Principe diximus indignum. Nam & si fufferre conuenit, optimumque fit, non tamen ultionem appetere: multoque minus illam publicè interminari. Iuftam enim vindictam fibi relinquere Deus iuffit. Et quidem potenti, quanuis iuftitiam administrare defideret, difficile in caufa propria erit, rectè iudicare. Sic etiā approbare possumus militis animū, qui clarum fibi nomen affequi affectabat, non tamen inuentum, ex Dianæ templo, quod Erostratus, ut nominaretur, combuffit. Non enim bonam famam à mala difcreuit: cū ille a vera fit fama, hæc autem infamia. In alio cuiusdam nobilis heroinæ signo papilionum fignificatio erat, quòd eius igne comburendi effent, quicunque propius accederent. Sed in hoc licet virtutis firmitatem oftenderet, è diuerfo tamen plurimū in elationis, & vanitatis præfeferat.

Oportet etiam fuperftitiones, quæ

*Deute. 32.
Ad Roma,
12.*

*Inuētum
vanum.*

quæ credi poffunt, euitare: quāuis in fabulis veteribusque figmentis fundari poffit inuentio. Hæc enim, tanquam manifesta fic nocere non poffunt. Hac ratione minus probatur inuentum illud, gerentis fulmè cum infcriptione, AVT EXPIABIT, AVT OBRVET. Et hoc ex eis quæ Iulius obfequens in libro de prodigijs, ait: quòd fulmen post labores deueniens illorum finem portenderet, & in ftatu felici ruinæ & necem.

Alphonfo Aragoniæ Regi expantus liber in Symbolum fuit. Quod fi verum eft fuffe institutū ad explicandam libertatem, qua nitebatur uti cælibem vitam acturus; peffimum quidem fuit. Non enim cōueniens erat tale confilium fibi affumere Regem, cuius Regni ftatus in legitima fuffeffione, quam fperabat, fulciebatur, maxime inter Chriftianos Principes, effet enim peruerfa illorum opinioni affentiri, qui nuptias condemnabant. Sed verius arbitror, cū ipfe Alphōfus in plurium fcientiarum cognitione verfatus

*Symbola
ne funto
fuperfti-
tiofa.*

*Excusa-
tur Sym-
bolum Al-
phonfi Ara-
goniæ Re-
gis.*

*Alphōfus
fapiēs quæ
les Reges
effe debēt.*

Digna Platonis sententia.

Ferdinandus Aragonij Symbolum non admittitur.

versatus fuerit in libro suo aperto, & coronato non aliud significasse, quam felicem populi sortem, quem princeps sapiens, & disciplinarum amator gubernat: iuxta celebrem Platonis sententiam dicentis, tunc felicissimam esse Rempublicam, si in ea aut Philosophi regnent, aut Reges Philosophentur.

Ferdinandus Alphonso, 2. Aragoniæ Regis filius aliud sibi fabricavit in sigillo, quod in proposito descriptum, & in figura impossibili. Adamantum enim montem depinxit: qui adeo formati producebantur, quasi iam expoliti artificiosè fuissent. Inscriptio autem erat, Naturæ, non artis opus. Cumque veritatem, & sinceritatem naturam appellaret, & artem figmenta, ostendere volebat virtutes suas, non fictas, aut artificiosas esse, sed veras. Et quia hæc suspicio in illum minimè caderet, proculdubio debuit omitti, præcipue ob prauum sensum, qui latere poterat, (quanuis nec hoc quidem illum fecisse credendum est) si aliàs interpretemur à natura ipsa virtutes

virtutes illi fuisse datas, neque à se acquisitas. Licet enim ad virtutem propensio sæpenumero, quasi hæreditario iure, simul cum obligatione proveniat, ut per se satis notum est, & alijs in locis tractamus: nihil proderit in eo, qui sibi prospiciens ex sua ipsius solertia, & industria virtutem assequi nondum studuerit.

Septima est Regula: Quod præter intenti, aut propositi bonitatem, bona etiam sint, quæ ad illud exprimendum eliguntur: & talia quæ neque in figura, neque in inscriptione detorqueri in prauum sensum valeant. Sunt autem huiusmodi cõplura insignia hac labe infecta. Quæ verò accidere solet post euentus, quos evitare nullus poterat, ut qui nec timendi, aut sperandi erant: assumptas notas diuersè interpretari nihil refert: quãuis in his rebus quodammodo oporteat diuinare, aut præfagire. Sic cuidam Gallico Ducis contigit, qui stateram pro signaculo gerebat, cum hac sententia. HOC FAC, ET VIVES. DUBIOS

Regula septima. Ne quid aliud detorqueatur.

Carpitur Gallici Ducis Symbolum.

bios autem esse omnibus belli euentus ignorare non debuit: & ab aduersario, deuicto fuit obiectum non iusta propositi sui sententiam fecisse. Neque enim in statera suas vires appenderat, exploraturus an cum illo congreri posset. Quod si aliquid in se continuisset Symboli vel æstimationis, aut iactantiæ, semel mortem subiturum, quam hosti cederet: excusandus quidem esset, si in bello infauso in manus hostium venit, cum iam defensio esset inutilis, & absque ratione velle mortem deprecari, aut extorquere. Sed qui in locum eorum, quæ animum ad ardua incendere valent, sermones, aut figuras eligit, quasi ab hypocrita aliquo edoctas, reprehensionis notam evitare non poterat.

Octaua convenientia.

De figurarum multitudine.

Octaua. Ad maiorem omnium prædictorum convenientiam, qualis est proportio, iucundus aspectus, claritas, & quod facile in diuersam sententiam torqueri non valeat, necesse est, vt pauciores contineat figuras: idque iure. Nam si vnus est mentis conceptus, vnica figura demonstrari,

monstrari, magis est proprium. Et quoniam vna quandoque totam rei seriem explicare nequit, duas interuenire permittitur, nec plures. Nam si pluribus impleatur, difficile reddunt eiusdem rei significationem, præsertim in ludis publicis. Hoc autem intelligi oportet, quando imagines æque repræsentant. Etenim velut in Comica Scene, licet duæ, vel etiam tres personæ interloquuntur, quarta verò in teresse debet, tanquam muta persona, vt aiunt. Quod & quidam poeta admonuit. Nec quarta loqui persona laboret. Quod hic de tertia est dicendum. Adhuc etiam intelligendum, parui referre plures esse figuras rerum, quando multa in vnâ referuntur: velut in trophæo. Totum enim, ac si vna esset figura, alloquitur. Præterea, quando constat vnâ esse principalem figuram, quæ loquitur, cæteræ verò eam respiciunt, & exornant: rectè se habent, naturam quidem imitantes: apud quâ tale quidpiam videtur. Vt in oculo de cuius partibus Galenus, vna (inquit)

Horat. in art. poet.

Quomodo plures si gura possunt admitti.

Galenus li. I. de usu partium.

quit) agit, cetera verò coadiuvāt. Illud etiam expēditur, quòd si plures figuræ eiusdem sint generis, p̄vna habentur. In omnibus autem prædictis de hominum figuris non agimus. Nam pluresvna ineptæ essent: & hæc totius signi medium, & dominium tenere debet. Quæ verò aliusmodi forent, non signacula vt docebimus, sed emblemata censenda sunt.

Nona regula quòd ad futura pertineat.

Nona regula. Quod his insignibus repræsentatur, rei futuræ debet esse. Præteriti enim memoria tantum est, & recordatio: nihil ad signacula pertinet. Et sic ex veteribus numismatis pauca intelliguntur esse vera Symbola, & insignia, quæ ex Senatusconsulto ad gratificandum, & adulandum suis principibus fieri solebant, & similibus figuris eorum facta explicabantur. Atque ita, quæ iubente Senatu fiebāt, his notis S. C. i. Senatus consensu excudebantur, quasi illud Populus Romanus exposulauerit, & Senatus consensum præbuerit. Et quia interdum a rebus præteritis futura

Declaratur nota numismatum.

possi-

possumus explicare, vel aliorum calumnijs respondere, possunt & à præteritis hæc insignium genera desumi, assignata euentus ratione in honoris defensionem, vel augmentum. Et tunc potius inter insignia, quàm inter Symbola commemoranda sunt.

Decima regula sit. Quicumque sibi aliquod signaculum deligit, quod proprium futurum sit: diligenter inspiciat, ne alienum dici queat. Cuius rei aperta est ratio. Qui enim solerter mentis suæ conceptum cupit aperire, aliena inuentione vtēdo, nullam ingenij aciem ostendet, cum sibi propriam debuisset inquirere. Sunt præterea conceptus, qui in insignibus exprimuntur: nec decet ita esse faciles, vt omnibus sint communes. Qui que alienum signaculum gerit, non dissimilis est ab eo, qui iam cognitus est, quid dicturus sit, & cuius sententiæ, & longi sermones fastidio sunt. Præterea negari non potest esse quoddam proprietatis genus in his insignibus, siue Symbolis, quemadmodum est in

gen-

Regula de cima Symbolorum propriū debet esse.

Insignia alienæ familiæ non gestanda.

gentilicij, quæ vulgò arma dicuntur. In quibus receptum est neminem gestare posse diuersæ familiæ insignia, ea scilicet, quæ propria sunt alicui familiæ, strenuis in bello gestis comparata, & acquisita a maioribus, & ab Imperatore, seu Principe Imperatorem superiorè non agnoscente confirmata. Quando verò peruetusta sunt, hæc confirmatio ex diuturno tempore præsumitur.

De insignibus ergo, quanuis pro his gentilicij gestentur, idem est, quòd de Symbolis priuatis iudicandum. Nam ex vrbantate nullus insignia alterius, vel quas diuisas vocat, gestare debet. Quòd si hæc sigillo deseruiant, vt plerunq; solet, multò fortius ab his, tanquam alienis abstinendum est. Permittitur autem, primò si iam excesserit vnta, qui prius illo sigillo fuerat vsus, quòd quisque sibi tanquam derelictum vsurpare poterit, quanuis patrum honoris retinenti proueniat. Videtur enim ingenij paupertati tribuendum a iena mendicari.

Quando liceat alienis vti insignibus.

deinde

deinde quasi iam cognitus in requisitis ad conficienda hæc Symbola defectus est, quòd nihil habeat rari, imò & iam notissimum sit. Habet etiam secundò locum alienis vti: quando vel figura, vel sententia in aliquo mutarentur. Hoc enim iam facit incognitum, & dissimulatum: imò & in se illud venustatis habet, vt quodammodo illud non attentè intuentibus, dum credunt esse idem, quod sibi notum erat, & falluntur. Fax, quæ sua cera nutritur, & splendorem concipit inclinata, mirè significat humilitatis effectum, & maius in persecutione virtutis augmentum. Quando enim videtur esse depressior, tunc ad magis refulgendum sibi vires assumit. Quicumque autem hoc in vno nostris Emblematis intuetur, nihil aliud attendens, vetus esse cogitat inuentum illius, qui omnino depressam, & in eadem cera extinctam gestabat facem, cum inscriptione, **QVAE ME ALIT, ME EXTINGUIT.** Quod tantum à nostro distat, quantum ab ipsa vir-

K tute

Alter locus.

Facis inclinata Symbolū.

Lib. 2. Embl. 2.

Vires inclinata re fumo, idē quod in literarum compendio V.I.R.

tute vitium, & leuitas, quanuis in aulis permiffa. Et est inſcriptio diuerſa, cūm dicimus, **VIREs INCLINATA RESVMO.** Neque eadē facis poſitio, vt ſuperius deſcripſimus.

Cap. 18. De tribus rebus, quibus Emblemata, & ſignacula conueniunt, & octo, quibus differunt.



SUPEREST modò, vt agamus, in quibus Emblemata cum ſignaculis conueniāt: vt exactiùs obſeruādā illorum regulā cognofcantur. Tres autem ſunt præcipuē.

Conueniētiā 1.

Prima conuenientia eſt, quòd & ipſa Emblemata ſignificatiuis figuris conſtant: & cūm mutæ quodam modo ſint perſonæ, nutibus loquuntur: aut ſaltem eorum inuenior in ipſis loquitur.

Secunda.

Altera verò, quòd Emblemata ſolis figuris effici poſſunt, vt ſolet in plurimis: vel figuris, & literis, quæ alicuius ſententiæ vicem gerant.

Hoc

Hoc autem, quòd Emblemata quò magis proprietatem ſignaculi obſeruat, vt equidem ſentio, & quilibet iudicare poterit, eò erit præſtantius.

Tertia, quòd Emblemata prodeſſe valent, vt aliquem rei proprię ſenſum aperiant: vt quæ ingrati tudinem, aut inuidiam & cætera id gēnus exprobrarent: quanuis non ſine diſſimulatione, & iuxta modū, quem infra dicemus, eſſe debent.

Differētiæ verò ſunt plures. Prima quidem, quòd in ſignaculis nihil otioſum eſſe oportet: at in Emblematis non omnia ſignificāt, ſed plura ad ornatum, & ſocietate adiunguntur. Eſt etiam neceſſariū, quòd ſemper vt in quadratis, quas dicimus, vel tabellis, ſignificue pēſilibus pinguntur, quæ ſaltem terra, & cælo exornantur: vnde & arbores, & plantas, & longē diſtantium ſimilitudines habere poſſunt: ita tamen vt principale ab accēſſorio, & ornatu diſtinguatur.

Secunda eſt, quòd licet emblemata verbis etiam ornari poſſunt,

Tertia.

Differētiā prima.

Differētiā ſecunda.

ad solam figuræ declarationē tantum admittuntur. Quod non mediocre est in Symbolis vitium: in quibus vt rectè cuncta apponantur, figura propositi partem, litera verò reliquam debet explicare. Quæ in re si quod scribitur, potest accommodari, vt sit cōgrua sententiæ, quæ motus scilicet animi dicitur, nihil refert ex emblemate signaculum, siue Symbolum fiat. Hac enim ratione præstantius erit: nec propterea, dummodo id, quod agitur, sit morale, & cunctis prodesse possit, emblemata esse definit: vt inferius dicitur. Sed vbi scriptum non est sententiæ iam dictæ aptum iuxta ea, quæ in his requisita sunt, inscriptionis, & tituli vicem subibit: quavis intra figuræ spatium collocetur: Nam extra nihil est, quod impediatur: imò expediens esset titulum apponere, quasi argumentum, ac si diceremus: **ADVERSUS INGRATITVDINEM. IN PRAVOS IVDICES. VIRTVTIS PRAEMIVM. ANIMI VIRES.** In quorum vicem quæcunque inscriptione

*Sententia
quid.*

*Nota de
inscriptione.*

*Titulorū
exempla.*

scriptio apponi poterit, quæ figuram comitetur, & eius significatio ni proficit.

Tertia: Quod Emblemata humanam figuram poterit complecti citra scrupulum, qui subest in signaculis. Vnam item, & multas cuiuscunque formæ imagines: dummodo expositioni, & exemplo, quod ea in pictura adiuuandum est, accommodentur. Et figuræ inter se distinctæ sint, ne inuicem implicentur.

Quarta, quod in emblemate fabulosis figuris, incognitis animalibus, & admirabilibus proprietatibus, quæ paucis innotescant, ad libitum vti possumus. Cuius ratio est quod in emblemate simul ponuntur figura, & declaratio, quod non licet in signaculo sola figura contenta. Et quavis inscriptione etiã contineat, multum adhuc intelligendum superest. In emblemate tantum primò schema depingitur, posthæc proprietas in litera, quam simul cum figura, vt in nostris, ad plenius explicandum conceptum ponimus.

K 3 Atque

*Differētia
tertia.*

*Humana
figura con
ditiones.*

*Differētia
quarta.*

*In emblemate
collocantur
figura, et
declaratio.*

*Ex cōmen-
tatore 2.
de Anima
t. 157.*

Atque hoc modo non est, cur inco-
gnitas figuras vitemus, vt in signa-
culis. Et quantum ad proprietatē
in his, quæ extra ordinem, aut com-
munem noticiam dicuntur per si-
militudinem, satis est rei conveni-
re: neque omnino necesse est alie-
ram esse, iuxta regulam, quæ de exē-
plis traditur: in quibus non requi-
ritur, vt vulgò dici solet, veritas. Ta-
met si hæc inter se differunt, quòd
alia narrantur, vt historiarum: & hæc
oportet esse vera. Alia verò, vt A-
pologiarum, & parabolarum. Et ita distin-
gui solent, quæ adducuntur in euā-
gelicâ narratione. Nam si in eis no-
men exprimitur, vera est historia:
vt de Lazaro, & diuite avaro, quæ
aliqui dicunt fuisse Nabalē Carmelī,
alij Nineusim. Si verò nominibus ca-
rent, tm̄ parabolæ vocantur: quæ
tunc in vsu erant tanquã auditoribus cō-
uenientia, attentē siquidē audiun-
tur, & firmiter memoria retinētur.

*Luc. 16.
Ex tradi-
tione He-
braeorum.*

*Differētia
quinta.*

Quinta differentia, quòd Sym-
bolum, vt prædictum est, futura de-
bet respicere, nec superiorum tem-
porum historias afferre. Emblemata

verò

verò huic Regulæ nõ subiacet: imò
frequentius eorum, quæ præterier-
unt, sumit exemplum: quibus ad
considerandos rerum euentus, &
futura contingentia, vnumquæque
certiorem facere conatur.

Sexta est. Quòd signaculum pe-
culiari semper consilio statuitur:
emblemata verò, vt Regula genera-
lis debet omnes admonere: neque
difficile est Symbolum in emble-
mata transire, si sententia Regulæ
accommodari potest, vt aliquid
recti consilij in morali disciplina
impertire possit.

Septima est, quòd ad emblemata
nihil pertinet, sumi ne sit, an alie-
num, neque attenditur aliud, præ-
ter disciplinam. Quod si quis em-
blemata componeret, quorum in-
uentio profus fieret aliena, dede-
cori illi daretur: ea tamen compro-
barentur, si rectè fuerint instituta.
Fiunt etiam propria aliquo adie-
cto discrimine, vt de Symbolis di-
ctum est. Quòd si tantum fuerint
traducta, sua laude carere nõ pos-
sunt: modò traductio, illa cum le-

*De tempo-
rum signi-
ficatu.*

*Differētia
sexta.*

*Symbolū
in emble-
mata transi-
re.*

*Differen-
tia septi-
ma.*

*Inuentio
non debet
esse aliena*

*Imitatio
uenusta est
si fuerit ap-
posita.*

pore, & certitudine fiat. Neque est exigua imitationis gratia, ubi cum aliquid sit proprium, optimum quodque imitandum eligitur. Sunt huiusmodi inter nostra nonnulla, quorum inuentio aliena est: una tantum propter multam eius difficultatem consulto traducta est, quod ab alijs non aequè translata fuerit, & hæc seorsum annotabuntur una cum locis, quos imitamur: & aliqui, qui propter curiositatem citantur, & in tractatu, ne longior cresceret oratio, omissa sunt, suis quodque numeris aptabuntur.

*Differètia
oçtaua.*

Oçtaua tandem differètia, quod emblemata nullas admittunt nugas. Serio enim inuenta sunt, ut ueritatè doceant, & deceptiones tollant. In Symbolis autem datur iocus, ut plurima sint iocosa, in quibus oportet regulam facetiæ obseruare. Si enim aliquid, quod aliàs non liceret, cum lepore serio dicatur, facetia est: Si autem idem per imperitiam dicitur, ignorantia est, & stultitia. Huiusmodi excogitari solent quædam signacula. Quæ si

*Venustum
& inueni-
tū in quo
differunt.*

secun-

secundum omnem inuentoris mentem, & integrum iudicium excogitata sunt, nec tamen rectè, mera restant somnia & ludibria: atque eadem serio, nec ignoranter exposita, comprobantur maximè, neque satis laudantur. De quo satis erit referre, quod amicus quondam noster non imprudens signaculo suo publicè demonstrauit in quodam hætiludio. Hic tunc temporis sui iuris erat, & nondum matrimonij iugum subierat: inseruiebat autè, ut dicitur cuidam nobili fœminæ, quæ desiderabat illum consortem habere: at iuuenis recusabat, quod illa longè maioris esset ætatis. At requisitus, ut mentem aperiret suam Symbolum quoddam exquirere promisit regulis aptissimum: ita ut dimidium conceptus figura exprimeret, & dimidium litera, siue sententia, & sic quoddam uimineum uas elegit, quod quia cannis cõfici solet, apud nos dicitur Canasta, additis etiam literis, VVESA MERCED: quò uulgariter ipsam alloquens cannam esse, & peruetustam

*Symbolo-
rum quali-
tas.*

*Prudens
& lepida
inuentio.*

fate-

fatebatur. Mihi quidem adeò placuit inuentum hoc, vt iudicem in hoc vase includi posse, quæ aliàs referuntur, diadematis, maluæ, & anserini Symbola. Nulla enim illarum, cum hac conferri poterât, præcipuè ex his, quæ superius diximus, ferè enim hoc esse excogitatum in ludù non dubito: at reliqua velut exquisita, & ingeniosi hominis inuèta fuisse habita. Nec miror illud illas antiquas nostras, vbi non diffimiles etiam reperiuntur, & narrare poterant: Ars autem eorum, quæ simpliciter sine arte dicuntur, siue excogitantur, quæ in se leporè cõtinet, in æquiuocatione vocũ consistit: quarum apud nos ingès è copia. Et quoniam ad rem nostram optimè facit, vt de Aegyptiorum literis, quæ sua erât hieroglyphica agamus, illa sub breui compèdio perstrinxi: erunt quæ huius primæ partis fini adiungenda. In quibus ea solùm referuntur, quæ sunt Aegyptia, vt discernantur ab illis, quæ postea ad illorum imitationem excogitata sunt a Græcis, & Latinis.

Æquiuocatio in terdũ causæ leporis.

Hieroglyphica multa sunt vitiatas.

Cuncta

Cuncta enim ingenium in se habet & prodesse possunt. At ne liber iste qui introductorius ad emblemata est, in ipsorum iniuriam longius protrahatur, breuiores in reliquo esse studebimus: quanuis tale sit præserum argumentum, vt exactiore tractatu merito delectaret.

Cap. 19. De Hieroglyphicis Aegyptiorum, & quomodo Osirim, Isisdem, Apim, Ocbum, Anubim, Horum significarint.



EGYPTII (vt docet Eusebius) sub nomine Enephvniuersi creatorè adorabant, quem propter humanam naturam sub hominis figura depingebant: cæruleis indutù vestibus, propter cælos: habentè scæptrum in manu, ad imperiũ, & dominium demonstrandum: in altera verò cingulum, ob rerum omnium inter se vinculum, quo singula sese adinuicem colligantur. Cuius caput plumis erat ornatum, ob sublimem

Eusebius de præparatione euangelica lib. 3. c. 3.

Orbis conditorè quomodo pinxissent Aegyptij.

Dei Hieroglyphica.

Zoroaster.

Pli. li. 8. c. 79. unum hoc animal terrestre lingua caret.

mem volatum, quò & visus, & intellectus noster minimè pertingat. Deum præterea in oculi figura denotarunt, mundi lucem, & claritatem esse considerantes: cuius visui omnia nuda sunt, & aperta. Quæ ratione eundem per accipitrè intelligebant: quòd hoc animal acutissimi sit visus, & præpetis volatus, vt idem Eusebius tradit, vbi Zoroastrem refert dicentem, Deum accipitris caput habere. Pariter & per Aquilam eundem figurarunt, propter visus acumen, nec non & huius auis fecunditatem, quæ plurima est. Crocodilus aperto ore eundè Deum denotabat: sic enim in illo appareret, quòd lingua caret. Dicebat enim Deum in silentio habitare perpetuo. Vnde Pythagoras suis in Symbolis silentium commèdabat, vt Deum imitare mur: simulque innuebat taciturnitatem illam quæ Deus mirabilia operatur: quæ laudare, & magnificare nullus vnquàm sermo potest. Idcirco Regius Prophetæ secundum septuaginta interpretum literam admirabilè dixit:

Tibi

Tibi silentium laus. Hoc amplius pictus est Deus sub fideris figura. Nam à stellis cælorum motus est agnitus: & à motu in Dei primi motoris cognitionem deuentum est.

Nunc de Aegyptiorum Dijs vt particulariter agamus, ita fanè est, quòd plures apud eos culti fuerunt, sed non omnes eisdem in locis, præter Osiram: vt author est Herodotus. Hunc per sceptrum in vertice oculatum depingebant, gubernatoris rectitudinem, & vigilantiam denotantes. Potuit autem esse desumptum ex eo, quòd Propheta Hieremias virgam vigilantem vidisse testatur. Neque quicquam obstat tæpus: non enim omnes Aegyptiorum notæ eodem sunt tempore excogitata. Hanc virgam vt ait Macrobius, recisis ramis pingebant: postremisq; omissis ducebatur in circulum oculi speciem exprimentem. Et aliàs, quod tamen idem est, super sceptrum circularis figura apponebatur. Per Osiridem autem intelligebant ipsum Solè Iouis oculum

Pf. 64. Te decet hymnus sep. Tibi silentiū laus.

Herodot. li. 2.

Hiere. c. 1.

Macrob. lib. 1. Saturna. ca. 21. Per Osiridem Solè intelligebant.

lum vocatum: nomen ab Os, deducen-
 tes, quod apud eos multum sonat,
 & Iris oculus. Et quoniam eius
 absentia hiberno tempore segetes
 crescunt, & Augusto propinquate
 rescantur, Osirim profectum ab
 Aegypto, & deinde reuersum fini-
 xere. Quam absentiam, & regressum
 per figuram habentem partem ca-
 pitis rasam, partem verò comatam
 descripserunt. Xenophō in Aequi-
 uocis, (vt subscribit Annius) tradit,
 cum regnasset in Aegypto, in Ita-
 liam traiecisse, vbi decem commo-
 ratus est annos, & gigantes debel-
 lauit: totoque illo tempore nec bar-
 bam, nec capillos totondit. Quan-
 uis autem, vt diximus, generaliter
 Deum per oculum exprimebant,
 qui sceptro super impositus Osiri-
 dem reddebat: pariter quem retu-
 limus accipitrem, Dei Symbolum
 erat, & peculiariter eiusdem Osiri-
 dis. Qua de causa hæc volucris, vt
 Diodorus est testis, multum illis erat
 venerationi, propter beneficij me-
 moriam, quod per illam accepisse
 fatebantur. A longè enim appor-
 tasse

*Xenophon
 in Aequi-
 uocis.*

*Diodorus
 vbi supra.*

tasse fertur librum miniatis descri-
 ptum literis: vnde & ritus, & cere-
 monias didicerunt. Et ideo sacra-
 rum rerū scriptores apud illos pur-
 pureos pileos cum singulis accipi-
 trum alis gestarunt. Plura Osiridis
 nomina fuere vt ex Homero, Eu-
 molpo, & Orpheo probat Eusebius,
 præterque & alia sunt nomina, quæ
 iuniores commemorant: & nos in-
 frà nonnulla referemus.

Isis soror, & coniux Osiridis fuit
 leges Aegyptijs tulit, quibus per-
 missum est, quod iuregentium mi-
 nimè licebat. Cui, vt Diodorus
 enarrat, triumphalis columna ere-
 cta est in eius honorem, & iuxta ea,
 quæ ibi dicebantur, messium inuen-
 tio ascripta est. Vnde Herodotus
 eandem esse Cererem fatetur, quæ
 muliebri figura vitulæ cornua ha-
 bente, qualia & Io dederunt, ad-
 orabant. Ratio autem est, quod si-
 cut Osiridem Solis appellatione vo-
 carunt, ita & Isidem, Lunæ. Sunt
 etiam, qui Iunonem appellent, vt
 eius fratrem Osirim Iouem: atque
 ea de causa sororis, & vxoris sibi
 titulos

*Eusebius
 dicto loco.*

Isis.

*Diodorus
 li. 2. ca. 8.*

*Herodotus
 li. 2.*

*Vir. 1. an.
 Iouisq; &
 soror, &
 coniux.*

*Plutar-
chus de Isi-
de,* titulos vendicauit. Plutarchus pec-
culiare de illa volumen edidit: vbi
fabula de quinque filijs Rheæ, & Sa-
turni narratur, quam hic referri nõ
expedit.

*Di. Augu-
lib. 18. de
Ciuit. Dei
c. 5.
Exodi 32.* Apis, vt docuit Augustinus, erat
maximus Aegyptiorum Deus. Ere-
re quidẽ vera ita est: nã sub vituli fi-
gura eum colebant: quem imitari
volentes Israëlitæ in Idololatriam
lapsi sunt, ab illis, vt iam diximus,
edocti. Cum verò eius effigiem sub
humana forma sculpebant: mensu-
ram capite gerebat, & dextra tri-
ceps monstrum dracone præcinctum
comprimebat: laua verò virgulam
dimensionem gestabat. Hunc non-
nulli opinati sunt Iosephum fuisse:

Genes. 38. propter dimensionem, qua illis, in
graui suæ necessitatis. tempore sa-
tisfecit, & à communi fame libera-
uit. Triceps autem monstrum tria
tempora, præteritum, præsens, &
futurum significare dicunt: quæ om-
nia vir prudens, & sapiens præocu-
lis habere, & diligenter debet expẽ-
dere. Nam ab exacti temporis ex-
perimento, & à præsentis commo-
ditate,

*Vir præ-
dens & sa-
piens.*

ditate, in posterum prospiciendum
est, Menforia verò virgula documẽ-
to est, quanti sit emolumentum, men-
sura cuncta, & tanquam circino di-
metiri. Crediderunt nonnulli Aeg-
ypti Regẽ fuisse, qui pari casu eos-
dem à simili necessitate liberaue-
rit: ob idque ab Aegyptijs venera-
tus. Sed vt plurimum Osiridis esse
simulacrum creditur, atque eundẽ
esse Serapidem, qui primùm dictus
est Apis. Hic cum regnaret apud
Argios fratri Achaia regnũ relin-
quẽs in Aegyptum se recepit. Vbi,
vt tradit Clemens Alexandrinus in
stromatis, ex Aristippi autoritate
Memphim condidit. Et quoniam
aliqui eius conditorem V choreum
volunt: conciliantur, quòd Apis eã
urbem fundauerit, V choreus autẽ
auxerit, & muris cinxerit Augusti-
nus in prædicto loco Apin Argio-
rum Regem fuisse docet: quem vita
functum Serapim vocarunt. Affi-
gnantque M. Varro, & Nympho-
dorus nominis rationem; quòd So-
ros arcam significat, qua cadauer
includitur: vnde & locus, quo ille
L conditus

*Osiris idẽ
qui Apis,
et Serapis*

*Clemens
Alexãdri-
nus lib. 1.
stromatũ.*

*Serapisem
de dictus.*

*Eusebius
in Chroni.*

*Sirapis, et
Siparis,
idem.*

*Ex Varro
ne Di. Au-
gu. lib. 18.
de Ciuita-
te Dei.*

conditus est, Soros. Apis est dictus, atque inde Sorapis, & mox Serapis nomen accessit. Dicitur etiam potest Serapin à Siparis mutatis literis esse dictum: quemadmodum Eusebius in libro de temporum historia scriptum reliquit, ubi de Secore Aegyptiorum Rege loquitur, & Siparis patrem testatur, qui post mortem, ut Deus cultus, Serapis appellatus est. Unde patet idem nomen esse Sirapis, & Siparis: nisi quod locum mediæ literæ transmutant, & sic factus est Serapis. Quod si verum est, Arguius esse nequit. Licet autem parui nostra referat, proderit apud auctores intelligere, quinam sint, quando eos nominant: idemque esse Serapidem, & Osiridem, ut apparet in his, quæ referuntur de illorum statuis, quæ simul effingebantur: & simul cum illis silentium, admonens, ut omnes tacerent: neque ullus ex primeret, quid illi fuerint. Quod & à Varrone in prædicto loco referatur: ubi scribit, lege cautum esse, mortisque pœnam minatos, si quis eos homines fuisse affirmaret, ut, deleta,

ta, quod mortales fuerint, memoria, pro Dijs venerarentur.

Ochus Perfarum Rex in Aegyptios crudelissimus fuit ut qui illorum Apim obtruncarit, & suis dederit comedendum socijs. Quam ob rem illum per gladium figurarunt, cum fasciola illa, quam olim Reges pro insigni ferebant.

Anubis fuit quidam alius Aegyptiorum Deus: quem sub humana forma, canino verò capite colebāt. Statuebantque illi in altera manu caduceum, in altera palmam. Itaque idem esse creditur, qui inter Græcos Mercurius. Canino autem capite figuratur, propter huius animalis sagacitatem nonnulli sentiunt. Quidam verò, quod Canis Iſidis, & Osiris cadauera custodierit: cuius æque proprium est exanimis homines custodire, quemadmodum, & viuos comitari. Et quia etiam dicitur hunc Anubin Osiridi in Italia comitem se præbuisse, & ad propellendos vincendosque gigantes adiuisse: & ideo propter auxiliū, & comitatum, necnon propter eius-

*De Ocho
Rege, vide
Aelianum
de varia hi-
storia.*

*De Anubi
de Diodo-
rus, Euse-
bius, et Au-
gustinus
ubi supra.*

*Canumna-
tura.*

*Veterum
prætigia.*

Pl. 118.

*Suidas in
dictiona-
rio, & alij.*

*Arist. Sol,
et homo ge-
nerant vo-
minem.*

dem sagacitatem sub Canis effigie
expressum esse. Quocunque tamen
modo plures illum Osiridis filium
eise volunt: cuius certior veritas no-
bis negocium non faisset. Cæterû
ex prædictis operæpretium est co-
gnoscere, quâ tum decepti fuerint,
qui suæ Religionis primordia ab
his ineptijs auspicati sunt: quantû-
que verè Rex, & Propheta David
Deum alloquês his verbis dicebat,
Narraverunt mihi iniqui fabulatio-
nes, sed non vt lex tua.

Horus Aegyptiorum Deus Osiride fuit antiquior: cui apparuisse,
& complura tradidisse dicunt. Eum
cum sceptro in dextera depingût,
& elatum: quod apud ipsos Solis
Symbolum haberetur, qui velocif-
simo circuitu Mundum peragit, plu-
rimumque potestatis habet: præ-
fertim cum causa sit, & principiû
ad omnes generationes concur-
rens. Ad quod innuendum
quoddam ei signum ap-
ponebant, quod ve-
lo operiebatur.

Cap.

*Cap. 20. De Sole, eiusque motibus, de
Luna, Cælo, & terra habitabili.*



OLEM, vt docet
Eusebius, sub adole-
scentis imagine figu-
rabant, facie rotun-
da, & in naui quam
Crocodilus vehebat. Per nauem,
Solis rotam; per Crocodilum vero
pluuiam notabant, cuius causam
Soli tribuunt. Iamblicus huius rei
mentionem faciens ait posuisse Aeg-
yptios Solem in naui, vt governa-
torem, quoniam prima sit natura-
lis causa in rebus omnibus, & quæ-
cunque sunt in Mundo, modere-
tur.

Eundem sub accipitris forma in-
telligebant, quod velocissimus sit,
et fecundissimus: quodque trigesimo
quoque die cum femina, vt Sol
cum Luna coeat. Præterea eundem
per Phœnicem auem denotabant:
quod vnus sit in Mundo, atque vnus,
& Solus: vnde apud Latinos nomē
habuit.

Solem quoque arcuata palma,

L 3

quæ

*Eusebius de
Præpara.
Euangeli-
sca li. 3. c. 3*

*Varia So-
lis Symbo-
la.
Iupiter.*

Phœnix.

quæ Solis radios imitatur significabant, & inter olera raphano cõparatur, propter ardorem, & soliditatem, quam in se habet: & quia diuisus circula rem figuram radijs valla tam ostendit.

Scarabeus.

Per pilulas, quibus scarabæi educuntur, quas auersis pedibus volunt, Solis motum significabãt, qui in suo orbe, primo mobili contrarius pronouletur.

Lotos arbor.

Solis ortum per loton arborem significatũ voluere: cuius folia noctu contracta Sole Oriente panduntur. Quauis autem cursus etiã integer designari possit, quem imitatur: ortus tamen præcipua habita est ratio, ad quẽ reliqua, vt ad principium referuntur. Et hoc authore Proclo, Magi de hac arbore obseruarunt: ideoque Soli dicatam voluere.

Oculi Crocodili.

Aliter hunc eundem in oculis Crocodili intellexerunt: quod ita exertos habeat, vt vnusquisque per se Sol è terra emergens videatur. Est & alia horum in nascendo conformitas. Sol enim è terra exurge-

Arist. li. 6. historie anim.

re

re videtur, & nasci dicitur: sic Crocodilus è terra, & ipse exoritur. Mater enim ex aquis egressa oua in terra recondit quæ illos producut: & sic è terra oriuntur.

Solis occasum per Crocodilũ huiusmodi iacentẽ, ita vt veter terræ adhaereat designat. Sic enim iacere solet, vbi gradum sistit, eo, quod tenuissimam ea in parte habeat cutem & damnũ ab hostibus timeat, Delphinis scilicet, & alijs. Ratio verò, quod Solis occasum denotet, ex superioribus patet. Qui enim ortus à terra Solis ortum significauit, idẽ super terram extensus occasum demonstrabit Solis, quasi in ipsa terra depositus lateat.

Cynocephalus sedens æquinoctium Solis monebat. Illo enim tempore hoc animal suo mugit ululatis: emittitque singulis duodecim diei horis lotium, & totidem noctis. Cuius rei Cicero meminit in Rhetoricis vbi agit, quãdiu sit orandum: asseritque Trimegistum hoc animal imitatum diei horas diuisisse. Quod autem sedeat, iuxta Iambli-

Aelianus lib. 10. c. 25.

Pli. libr. 7. c. 25.

Horus Apollo & alij.

L 4 cum,

*Iamblic^o
de myste-
rijs.*

cum, quies denotatur: & simul iuncta, quæ inter diem, & noctem reliquis anni temporibus, cum superatur, aut superat quilibet eorum, versatur, tunc verò cessat: & quiescere inter se videntur.

*Solstitij
hierogly-
phicum.*

Solstitium duo pedes simul iuncti significabant, iuxta vulgatam litteram codicis græci apud Horum Apollinem: quam editiones tam latina, quam vulgaris sequuntur. Legunt enim Diopedas. Sed alia litera habet diopolypodes, hoc est, polypodes duo. Et quocunque modo res se habeat, Solem stare significat, quasi impeditum, atque detentum, ut videtur. Sed re vera non ita est.

*Litera di-
uerstas a-
pud Horum
Apollinæ.*

*Solstitium
dicitur.
quasi So-
lis statio.*

Sol enim gradum non sistit unquam: sed quia non progreditur, visus est stare: Ideo pedes æquales finguntur, tanquam stantis. Si verò polypodes esse depingendos dicamus, implicitos oportet pingi: nam sic, quanuis plures habeat pedes, nequeunt moueri.

Lunam per Cynocephalum intelligebant, qui illa non apparente latet: sed denuo apparëti, quasi

gra.

gratuletur, affurgit, felis oculis Lunæ mutationem notabiliter imitatur, quannis in plurimis oculis aliquid in interiori pupilla mutationis inspectetur, vnde à nobis Luna appellatur. Sed, ut dicimus, notabilis est diuerstas in felibus quos Græci æluos vocant. Dicitur etiam horum femina primo partu singulos edere, altero verò binos. tertio ternos, & subinde suo ordine septenos: qui numeri simul iuncti octo, & viginti perficiunt: totque diebus, ut patet, suum Luna cursum peragrat. Alter Luna per capam indicabatur, propter eius albedinem, & orbium diuerstatem, necnō propter humiditatem, qua cæteris plantis, humidifque rebus est contraria. Luna enim crescente, capam minus habet humoris: Vnde Lunæ alimentum esse dicebant. Notum etiã est ob huiusmodi similitudinem diuinis illi honores tribuisse: & sic à quodam poëta dictum, Felices, quorum sibi Dij nascuntur in hortis.

Cælum in globo cum Solis, & Lunæ simulacris figurabant. Nec-

non

*Aulus
Gellius li.
20. c. 7.*

*Calcagnius
de re-
bus Aegy-
ptiacis.*

Iuuenalis

Cor igni resistit. non & in corde craticulæ imposito ob perpetuitatem, & proprietatē, qua cor igni resistit.

Solis et terra Symbola. Duo simulacra radijs superne, & inferne circunuoluta, Solis & terra Symbola fuerunt. Sol enim radios suos in terram mittit: terra vero eius virtute sursum germinans fructus producit: præter exhalationes, & vapores, quos mittit: ex quibus nubes gignuntur, & quicquid in illis operatur natura.

Terra diuisa.

Cynocephali interius.

Habitabilem terram in duas, & sexaginta partes, vel præcipuas regiones diuisam per Cynocephalū significabant: quem narrāt per singula membra interire. Et Sacerdotes eius custodes hoc aduertentes præmortuam carnem cadentes humi operiebant: singulisque diebus idem faciebant: donec sexagesimo secundo, eo profusus extincto, quod reliquum erat sepe lincetur.

Cap.

Cap. 21. De Mundi machina, & eodem Dei pleno: de tempore, eiusque partibus.



ANGVVS in orbem circunuolutus Mundi machinam significat: Nam in se voluitur, ex se alitur, & in se resoluitur: & omnia, etiam à se producta simul cum tempore consumit.

Mundum Deo plenum in Loto arbore expresserunt, in cuius medio infans assidebat. Hoc Proclus ad Porphyrium scribens edocuit. Et ratio ex eodem colligitur, quod hæc arbor aquis gaudeat: aqua vero, ut Aegyptij sensere, generatio nis est principium. Puer autem in medio arboris Deum significat, qui nullo tempore senescit. Omnes, sicut vestimentum, veterascent (inquit David:) tu autem domine, idem ipse es: & anni tui non deficient. Sedes autem ipsius permanentiā, & assistentiam demonstrat. Nihil enim eum deturbat, aut mouet.

Per

Mundi machina.

Proclus

Psal. 101.

*Appion
Gramma-
ticus.*

Per Scarabæum, Mundū, eiusq̄ motus intellexere, ab ordine, quē informandis ex equino fimo pilulis obseruat. In quo Appion Grammaticus ostentare voluit se curiosum esse, sed à multis contemnitur: quòd Solis motus, & effectus per huius animalculi proprietates declarare voluerit.

*Aelianus
li. 10. c. 18.*

In eodem Scarabæo simul cum accipitre Mundum significabāt, in superioris, & inferioris hemisphærij partes diuisū. In quo ēt Minervā, & Vulcanū intellectos volucres: hūc quidē in Scarabæo, cuius gen̄ feminā nescit: illā verò p̄ accipitrē, quæ auis absque viro concipit. Et eadē ratione, artē, & ingeniū denotare possunt, quæ ex se cōcipere, & ingentes producere valēt effectus.

*Aegyptio-
rū opinio
non admis-
sa à P̄b̄ si-
cis.*

*Equa Hi-
spanicæ.*

In eodem accipitre natura denotata est ex prædicta proprietate, quòd masculo nō indigeat. Credebant enim Aegyptij hanc volucrem ē vento concipere: quod Phycici non admittunt. Credendumq̄ est, simile esse ijs, q̄ Græci de equis Hispaniæ finxere, ē vento generari,

ri, quòd velocissimi sint.

Aspis astrum designat ob perpetuitatem, quòd non senescat, quod que sine pedibus moueatur.

Astrum.

Stella Fatum denotabat apud eos, qui omnia in Mundo stellarū influentiæ subdita esse crediderāt, & terrestria à cœlestibus, tanquam superioribus gubernari. Quod ex parte verum est: non imponendo rebus, etiam naturalibus, necessitatem, quæ faciliè immutatur: & multò minus in ijs, quæ ad hominē pertinent, quem inclinare quidem cœlorum constellationes possunt, cogere verò nequaquam.

Fatum.

*Humanā
arbitrij li-
bertas.*

In basilisco caudam deuorante tempus denotarunt: intra cuius circulum Deorum imagines figurabant, immortales illos ostendētes. Hoc enim animal aeternum credebant: vnde & Deorum capitibus imponebatur, vt in eis æternitatē significaret.

Tempus.

Temporis atatem, & cursum in Sole, & Luna exponebant; quòd ea sidera tempus regulariter dimetiuntur.

*Temporis
cursus.*

Per

Isis.

Per Isis figuram annum intel-
ligebant: & eandem in canicula,
quam in illius honorem venerabā-
tur. Ea enim apparente, pluuiæ in-
surgebant, Nili crementum adiunā-
tes. Cuius etiam exortus erat illis
principium anni, qui ex nostris qua-
tuor solaribus constabat.

*Palma an-
ni Symbo-
lum.*

Palma annum referebat. Nā, vt
Horus memoriæ prodidit, singulis
mensibus ramū emittit: vnde duo-
decim in palma ramis integrū an-
num denotabant. Huic accedat,
quod nonnulli asserunt, palmā tri-
centas sexaginta proprietates ha-
bere, quibus prodesse solet. Annū
præterea in accipitre expressere:
quem dies quinq; in conceptu cō-
sumere ventis expositum opinan-
tur: & deinde centum, ac viginti
diebus vterum gestare, totidemq;
pullis educendis consumere: à par-
ta verò quatuor mensibus quiesce-
re. Vnde tricentorum, & sexaginta
quinque dierum numerus ex-
pletur.

*Passeris
hierogly-
phicam et
vita.*

Passer etiam annum signabat,
quòd salacissimus sit, & incontinen-
s:

nens: ideò vitæ annum non exce-
dit.

Mensis ex prædicta iam ratione
per palmæ ramum depingebatur:
atque etiam per cornua Lunæ ver-
sus terram inflexa. Sic enim, dum
apparet, illa demonstrat: & dū cre-
scit, eriguntur.

Mensis.

Pauo expansis caudæ pennis, qui
bus signa illa demonstrat, quæ ocu-
lorum speciem præferunt, noctis
est similitudo, quæ stellas reserat.
Idem collectis pennis diem ostendit:
eius enim accessu stellæ, quæ no-
ctū splenduerant, clauduntur.

*Nox, &
dies per pa-
uonē figu-
rata.*

Sus tenebras significauit, vt nō-
nullorum est opinio. Sentientes au-
tem, quòd tenebræ lucem præces-
serint, ea religione à suillis carni-
bus abstinerunt.

*Quare suil-
lis carnib⁹
abstinue-
rint.*

A Cynocephalo diximus diui-
sas diei horas in duodecim partes
æquales. Nam sub æquinoctio per
singulas horas latrat, & lotiū emit-
tit: nec tamen horas significat, sed
æquinoctium. Notu tamē est apud
Aegyptios dici mensuras, id est ho-
ras significare Hyppopotamum.

*Cynoce-
phalus æ-
quinoctij
signum.*

Cuius

Hyppopotamus horas denotabat etq uare.

Cuius rei certa ratio nō redditur. Verūm crederem, quōd quemadmodum hoc animal totum diem, in terris versatur, noctem verō in aquis: sic in qualibet Mundi parte horæ diei, & noctis sunt æquales. Quauis enim dies sint inæquales, computatis totius anni horis, non sunt plures diurnæ, quàm nocturnæ.

Cap. 22. De Aegypto, & Nilo, & alijs Symbolis.

Aegyptus per cor adustum intellecta.



COR flammis impostum Aegyptiā terrā significat. Et præter superius dictas rationes ea est, quōd maximè omnium calida sit, & humidā. Sic enim, & cor humidum, & calidum esse dicitur.

Philoftratus in vita Apollonij.

Nilum, vt diximus, & ex Philoftrato constat, figurarunt per grande simulacrum, recubans, pueris circumdatum, partim coronas ei neccentibus, partim fistulis breuibus sonantibus, sexdecim numero, quod totidem

totidem cubitis Nilus crescere debeat, vt totos illius terræ agros irrigare possit: quōd si vel vnus deficiat, nō exigua pars sterilis permaneat. Depingebant aliter Nilū, tribus vrnis suffarcinatum. Nā si vna quenslibet fluium denotabat: tres iuncti ob numeri ternarij perfectiōnem huius fluminis magnitudinē denotabant.

Nili inundationem Leonis capite figurabant: Nam, vt dictum est, Sole Leonis signū ingresso, fluius pleniori alueo decurrere incipiebat. Et hinc introductum, vt fontibus Leonum simulacra apponeatur. Erat & Aquila Nili Symbolum monstrans præpeti volatu fluminis illius velocitatem.

Per linguam, & cor Nili augmentum interpretabatur, lingua enim semper humidā est: & sic aquā denotat: cor autem, vt diximus Aegyptus est.

Per fumum ignem significabāt. Nihil enim illi propinquius, quàm fumus, semper enim a fumo principium sumit, donec flammā suscipiat.

Nili Symbola.

Inundatio Nili. Cur Leones fontibus apponantur.

Nili incrementum.

Fumus in dex ignis.

M piat.

Fumus
quid.

piat. Vnde rectè dictum est ignem esse fumum inflammatum : in quibus malorum initia fagienda esse admonemur: quæ exordio quidem parua, maiora in progressu, velut ignis, incrementa suscipiunt.

Anima.

Animam accipitris nomine intelligebant, apud quos bay eth, vocatur. Bay, namque animam illis sonat: & eth, cor. Et sicut hæc ales suo volatu, nunc in altissima fertur, nunc terræ viciniora petere non indignatur: ita anima interdum ad sublimiorum interpretationem rapitur & interdum ad infima terræ consideranda deprimitur.

Bayeth
apud Aegyptios
quid.

Anima separata
Symbolū.

Per lucidam stellam, præter cætera, animam à corpore separatam innuebant. Nam re vera seiuncta à corporea nube, in qua delitescit, & obscuratur, admirabilis ex se est, & pura, velut stella, quæ nulla elementari face polluitur, quam obrè antiquus Heraclitus animam scintillam quandam stellarum esse dicebat.

Anima
quid apud
Heraclitū
Ratio &
sensus opposita.

Elephantem magni sensus animal, & immundum suem, auersos depingebant denotantes mentem & ani-

& animale sensum nunquā conuenire.

In accipitre adhuc visum acutissimum designabant, in quo cæteras excedit volucres, prospiciens à longè, quæ sui nutrimento conducunt, ad eaque magno impetu recta descendit.

Accerrimum auditum, capra figuravit, multò enim eo sensu præstare dicitur, atque halitum etiam auribus percipere, quanuis hoc Aristoteli non sit certum.

Audiendi, & obtemperandi virtutem per bubulam auriculam figurandam duxere. Nihil enim boue obædientius, nec acutioris, ut creditur auditus.

Nonnulli sunt in dicendo effusiores, & à primoribus certiores factos vulgò se iactant: nec, præter illa, quæ re vera audierint, proloquuntur. Admoniti hi sunt in mustella depicta, quæ ore dicta est parere, quæ aure conceperat.

Cornicem vitæ Symbolum volunt: quòd diuturnæ sit vitæ, ut norunt omnes. Vitam etiam per lucernam.

Videndi
acumen.

Capra.
Li. 1. Ani.
c. 11.

Bubula
auricula.

Mustella
conceptus.

Negat Ari
so. li. 3. c. 6

Vitæ Sym
bola cor
nicæ & lu
cerna.

cernam significarunt, quæ ardet, quandiu oleum alimentum illi ministrat. Sic enim & hominis vitandiu permanet, quandiu calor naturalis inuenit in humido radicali dicto, vnde nutrimentum habeat.

Vita, & mortis Symbola. Arist. lib. 6. anima. c. 20.

Vitam longæuam per ceruū intellexerunt, cuius longissimam vitam non ignoramus: mortem verò bubonivolucris nocturnæ assimilata voluere: cuius occentus plurimum & ineptus, & molestus est omnibus audientibus.

Cauda Crocodili.

Mortis tenebras in Crocodili cauda annotarunt, qua iugentes suas recondit vires, & capta animalia interimit.

Solaris æstus.

Extinctus febre quam solis æstus causatus fuerit in Scarabæo, traiectis tenui aculeo luminibus, expresserunt, quòd hoc animal facillimè Solis radijs occæcatur, breuique perit.

Pli. lib. 20. c. 13. Mitit florem

Humana imbecillitas maxima cum proprietate, & similitudine in cardui genere, quod Græci Scolymon: pellant, denotata est. Cuius

ius

ius flos purpureus adeò tenuis est, vt leui distrahatur aura. Et hinc ortum habuit apud nos nimium delicatos, scolymados dici.

purpurei abeuntem cum aura.

Infirmum, qui nondum pedibus sistere valet, sed deinde conualescit, in rana significabant, cui tardius enascuntur pedes.

Rana pedes.

Dimidia rana absque pedibus adhærens terræ opus imperfectum denotat. Formatur enim rana, præsertim in ea regione ita vt primum caput, & anterior pars viua appareat: deinde pedes orientur, vnde serius illi enasci pedes dictum est.

Rana dimidium.

Qui demonstrata à superis in somnis vel per oracula, medicina sanatur, sub columbæ specie laurimum gerentis ostenditur. Hanc enim natura docuit his folijs suos morbos expellere.

Plin. lib. 8. cap. 23.

Qui amissum sensum recuperavit arundineis tibijs significatur: quemadmodum olim fieri consuevit. Quòd eis scilicet vacuis immisacuta cera delinita, vt effingi solent, velut spiritus, & anima introducitur. Et præterea iuxta Pytha-

Musica Hieroglyphicum.

Pythag. de Musica. gora doctrinam potis est Mutica infirmum talem, qui suæ mentis cōpos non fuerit, sanitati restituere.

Amantes quasi amētes. Amantes, quasi amentes dictos esse rectè excogitatum est. Quando autem hac ægritudine laborantes mutuo se amore prosequuntur, duabus accensis facibus in medio colligatis explicabant. Quod si ponerentur inter se extinctæ, eosdem etiam extinctos figurabant.

Cap 23. De Sacerdotibus, & eorū scholis, & alijs rebus, inter quas de Musis, & vana poesi.

Cynocephalus latine caniceps.



IN Cynocephalo Sacerdos intelligebatur. Fertur enim hoc animal pisces nō comedere: sed nec panem quidem ex piscibus de gentis more confectum. Pariter enim & Sacerdotibus piscibus, eorumque fer culis vesci non licebat.

Sacerdotū schola.

Sacerdotum scholam Cicadae figura exprimebant. Cum enim sit volucrū per exigua, & oris expets, plu-

plurimum, nec sine numeris modulatur. Ita enim & illi suis in scholis, absque syllabis, mutis signis, quasi sine ore colloquebantur.

Literas papyro, cribro, & sepia, figurabant. Hæc atramentū gignit, quod effundit, vt piscatorū manus effugiat. Plini⁹ iuutile chartis hoc atramentum ait: satis tamen erit ad illud significandum. Iūcus penam significat, siue arundinē, quæ olim scribentibus in vsu erat. Cribrum verò, seu Vannus dicitur instrumentum. Quibus omnibus innuebant, quanti habendæ sint literæ, quæ verè sunt animæ alimentum, & rei publicæ conseruatio. In his èt admonebant eos, qui non haberēt vnde viuerent, minimè disciplinis vacare vellent, quæ liberum animū & omne sibi tempus exigunt, absque eius rei cura, & solitudine, quæ singulos exagitat quærentes victui necessaria.

Institutionem, & disciplinā cœlesti rore denotabant, qui in exulta terra herbas germinat, & plantas, fructusque producit: in monti-

Litera.

Plinius de sepia.

Persius Sat. 1. Nigra quòd infusa vana nesciat sepia lympha.

Studentiū conditio nes.

Doctrina, & institutionis effe tus.

*Vide Quin-
til. lib 1.*

bus autem, & laxis, quales inuenit, relinquit. Nec secus aptis, docilibusque ingenijs doctrina proficit: rudibus verò minime, sed solum temporis iacturam caussatur.

*Mathe-
maticus.*

Mathematicum in Oryge intelligebant, quod caprearum in Syluis genus est. Per illum enim Aegyptij Caniculæ exortum particulari signo demonstratum notabāt. Vnde anni principium auspicati sunt.

*Musica
hierogly-
phicum.*

Musam, seu Musicam ex Horo Apolline septem literis in coniunctos manus digitos distributis figurabant. Quæ literæ, auctore Plutarcho, vocales erant. Sunt autem septem: nam e, & o, geminantur, sono tantum acuto, vel graui distinctæ. Erant præterea septem, quòd totidem sint vocum discrimina, vel qualitates: acuta, grauis, circumflexa, densa, tenuis, longa, & breuis. Vnde & omnium moderationem ad septem tonorum diuersitatem addaxere.

*Aelianus
li. 1 c. 82.*

Senem Musicum in Cycni imagine figurabant: qui, vt aiunt, propinquus morti suauius cātat. Hunc

in

in Apollinis tutela fuisse fingunt, & eius ante conuerzionē fuisse famulum.

Boni viri verba in corde à collo suspenso figurabant. Is enim quod habet in corde, ore manifestat: neque, vt improbi solent, circūuenit: qui cordis arcana abscondunt, & quæ intus cogitant, verbis persuadere conantur.

Vanam poësim, qualis heroum est, & amorum, per id tempus etiā usurpatam, polypodis capite designarunt. Quod cum gultui suaue sit, grauiam tamen caussatur insomnia, & multam inquietitudinem affert.

Excellentiam Aquila demonstrabat, quòd ipsa forma, & nobilitate cæteras aues præcellat.

Dux Aquilæ mas, & fœmina, Martem, Veneremque denotabant: quòd

Aquila nimiū
mari sub
dita
esse dicatur.

*Vini probi
uerba.*

Improborum doli.

Poesis uana.

Excellentia.

*Mars, &
Venus.*

Cap.

Cap. 24. De Rege, eiusque rebus: de potentia dammosa, de populo, deque multorum protectione, & deensione.

Regis Symbola.



REX per Elephantem significatur, propter eius magnitudinem: & quod Elephantum grex natu maiorem sequatur, & obediatur. Regem verò, quem subditorum miseria non mouerent: & qui suis tantum rebus incumberet, per Aquilam volantem solam declarabant. Nunquam enim alijs se auibus associat: alta se per volando petit, & in arduis, ac praruptis rupibus habitans nidulatur: nec ei cura reliquarum aues inferiorum, & subditarum videntur esse.

Aquila volat sola.

Elephantem, quem fugiunt.

Aelianus lib. 16. ca. 36.

Mendaces ad eò Regum auribus noxij censentur, vt non solum sit ab illis cauendum, sed etiam fugiendum. In cuius significationem elephantem depingebant fugientem à sue: vt & de more solet, & in ea pugnavit, vbi Pyrrhus victus succubuit: & in eo, quod Megara euent,

euenit, vt Aelianus narrat.

Cervus ab Ariete fugere dicitur. Et sic iuxta Horum simili figura Regis imprudentiam, qui sine causa in bello fugeret, notarunt. Multis quidem nasci Reges contigit: sed veros esse Reges, & necessarijs tanto muneri partibus fungi eorum est, quos Deus ad hoc elegit.

Rex imprudens.

Perniciosam potentiam per Aquilam pennas intelligebant: quibus si aliarum alitum pennarum adiunguntur consumi solent.

Aelianus lib. 9. ca. 2.

Populum legibus astrictum, & obnoxium, in apio, & apiastro significabant: quibus si alvei liniuntur, apes grata illius voluptate captarum non discedunt.

Pli. lib. 30 cap. 12.

Quamvis autem diximus elephantem maximo natu, tanquam Duci suo obedire: in quo simul cum molis magnitudine Regis erat Symbolum. Quia tamen hoc neque ad eò frequens, neque omnibus cognitum est: mirabile subiectionis, & obedientiarum in apibus exemplum inveniunt. Solae enim ex omnibus animalibus plurimum, Reipublicae formam ini-

Est nobis text. in c. In apibus 7. quaestio. 1. ex Diuo Hieronymo.

imitantur: notumque est suum habere Regem, quem agnoscunt, & observant.

Depopulatio.

Origano, & formicis alicuius populi cladem, vel depopulationem intelligebant. Nam si herba hæc formicarum cavernis admoventur, continuo demigrare coguntur.

Lactæ. & alij Ori 4. contra Celsum Div. Ambro. de Resurrectione.

Restorationem cuiuscunque rei per Phœnicem auctim monstrabant: cuius innovationis forma nuntiatur, prout Aegyptij tradidere: quavis nonnulli figmentum existiment. Origenes ea de re dubitavit: Ambrosius autem ex antiqua traditione, & scripturarum auctoritate, de qua instat dicemus, verum esse affirmat.

Horus Apo. o.

Defensionem, protectionemque; Horus testatur significasse duos vultus, alterum viri foras, alterum verò feminae intro respicientium. Crediderant enim, qui huiusmodi figuras tecum gestaret, ab immundis spiritibus obsideri non posse. Et licet a vana superstitione ortum hoc esse videatur: si huius gentis prudentiam, & ingenium consideramus,

ramus, quorum litera spiritus erat sub similitudinum specie comprehensus: nobis fortasse tradebatur debitum vxorum, in viros obsequium, necnon & affectus, sensusque subiectionem. Quibus ratio præesse debet, quæ sub viri nomine in diuinis intelligitur. Sic enim omnia tuta sunt, nec quicquam nequiores spiritus oberunt.

Plurimum defensores in torpedine pisce monstrarunt: qui reti cum alijs piscibus conclusus per plagarum fila, & funiculos ita torporis virus emittit: quo piscatorum brachia subito torpent. Quibus rete laxantibus, abeundi locus datur inclusis: quavis & ipsi pisces, eodem tacto, ut ait Plato in Memnone, torpent. Sed dum se liberare nituntur, ut possunt, effugiunt, urgente necessitate, & instantis periculo
lifo
licitudine vires submittrante.

Vxoribus subiectio.

Oppianus lib. 3. Aelianus libr. 12. c. 50.

Plato in Memnone.

Cap. 25. De inimicis, de victore, & victo, cum alijs, quin etiam de eo, qui se præ pusillanimitate alijs dedit.

Horus Apollo.

Est quod Crocodil^o timeat.

Victor, & Victus.

INIMICI in duobus signabatur animalibus apud Aegyptios notissimis, quorum inter se inimicitias, & insidias nullus ignorabat. Et hæc sunt Crocodilus, & Scorpius. In quibus apparet, quam sit potentia æqualis malitia. Licet enim Crocodilus adeo sit horribilis; tamen & ipse hunc timet, & diligentissime sibi cavet, quam iure timetur ab alijs, qui ab illius immanitate effugere student.

Victorem, & Victum hyena animal lupo non absimile denotabat, cuius venator illud in primis debet attendere, à latere ut illi sit dextero. Sic enim vincitur: alias enim sinistro latere posita superat venatorem. Et hoc ipsum depicta figura demonstrabat, ut in à dextero latere

revictoriam ab inimico reportari, à sinistro verò contrarium.

Quitudo, & sine villo timore se periculis exponebat, in homine pelle hyenæ vestito notabant. Nā iuxta Magorum doctrinam, qui illam, vel eius partem gestaret, ab inimicis lædi non posse crediderunt.

Qui in rixa inimicum præoccupat, & leui accepto damno se defendit, in lupo designatur. Qui sequentibus venatoribus, ut extremam eius caudam maleficijs deseruientem amputent, si viuo obtruncaretur, ipseniet eam ore dilacerat.

Palma Victoriam Symbolum semper est habita. Et quemadmodum primò apud Aegyptum nata est, sic apud eandem ortum habuit, ut ea Victoribus in signum honoris daretur. Plutarchus, Aristoteles, & alijs plures, ut legentibus est clarissimum, huius rei causam assignant; quòd palma ponderi obsistat, & in illud infurgat. Sic & animi strenui laborum conatibus obnitatur, qui gra-

Periculorum contempus.

Inimici præoccupatio.

Palma Victoria signum.

Eius ratio.

Palma coronati.

grauiores in bellis imminēt; & aduersus illos insurgunt, & defenduntur: donec victores supersint. Unde sic decuit, vt arboris ramis hoc ipsum commemorantis exornaretur. Erat etiam Aquila Victoria Symbolum: quod auis ita potens, & velox fit, vt vinci nesciat. Quare apud Romanos duces, & deinceps Imperatores nobilissimum fuit in triumphis signum, quos vel adepti sunt, vel sibi arrogarunt.

Aquila in triumphis

Parta Victoria uti nesciens.

Victorem, qui parta Victoria nescit frui, per congrum, & polypum significarunt: qui sibi iniuicē occurrentes inimicitias suas produunt. Et quanquam polypum superet, ac subiiciat: conger, nulla tamen vititur dexteritate, vt Victoria fruatur. Labitur enim polypus, & à medijs dentibus subtrahitur: nec maiora mala accipit, quàm si alicuius chela, siue pedis particulam corroserit. Quae nec victori prodest, nec victum quicquam offendit.

Congrua ignauia.

Fortior in pugna exurgens.

Equus à Lupo vulneratus hominem dicit, qui ex oppressionibus, & miserijs validior, exurgit. Quoniam

niam equi maiores animos colligere dicuntur, quando a lupis inuali ab eisdem fuerint percussi.

Auis tarda equum videns ante ipsum volat, & quodammodo obsequium praestat. Et in hac hominem alij subditum, quod vilis, & pusillanimis fit, & nimium obsequatur, notarunt.

Qui rerum suarum negligēs alio no indiget auxilio pingebatur in Ostrea, & Cancelo. Hic enim pisciculus Ostream comitatur, imò intra ipsam absconditur. Tūc ostrea, siue pinna, conchas expandente, adfuit continuò pisciculi ex illa cibum sibi quaesituri. Et vbi iam illos intromissos speculatur cācel^o, aliās squilla, leui morfu significat: & illa denuo compressis conchis pisciculos in praedam abripit, partemq; socio cedit. Quibus consumptis denuo ad eandem venationem redeunt. rem profectò mirabilem, & lepidam: cuius praeter Horum Apollinem meminit Cicero.

Qui facilè, & leui occasione pauct, ansere, & herba nyctereo notam

Symbolum humillimae adulationis.

Ignauus auxilij indigens.

Cicer. li. 2. de Natu. Deo. ubi de pinna, & Squilla.

Pli. li. 9. c. 42.

*Lupus à
coccu su la
pidum fu
giens.*

tabatur : quam vbi conspicit, con-
tinuò, territus abscedit .

Qui verò terrore vano compri-
mitur, fugientis lupi pictura signa-
bant : quem quispiam sequebatur
duos simul lapides concutiens. Hoc
enim fatum est, vt territus fugiat, iu-
xta Horum. Et quoad lapi-proprie-
tatem, non mirum quidem est, so-
nitum lapidum fugiat, qui & loca
fugit, vbi lapides: eo quòd ipsorum
vel leui ictu, vulneratus còtinuò ver-
mes generat : vnde breui mors illi
provenit .

*Cap. 26. De fabrica amatore, de li-
gnario fabro, & alijs pluribus.*

*Aedifican-
di amator*



ANVS aedificandi
avidum significat.
Opus enim semper
ad manù reducitur,
sine qua fieri nequit
praesertim si ad aedificiù pertineat:
vbi manus exequitur, quòd mens
in se prius fabricarat .

*Faber li-
gnarius,*

Lignarium fabrum in pisce, què
squatnam vocant, anno carit. Eius
enim

enim ossa ferram imitantur : eiusq;
catis adeò aspera est, vt ea carpen-
tarij ligna complant, & poliant:
necnon & ebur in eis, quæ eo labo-
rantur .

Phoca, vitulus marinus in terra
nascitur, quem mox parentes in a-
quas deferunt, vt eis assuescat. Et
hic vrinatorem. i. sub aquis natan-
tem significare solitus est.

Cynocephalus est in natando
solers, vnde agilem natatorem de-
notat.

Fullonem in duobus sub aquis
pedibus figurabant: Quòd nihil ste-
rium illud, vt conuenit, facit, si in
tra aquam steterit.

Per aquam, & ignem eius rei ni-
torem ostendebant, quæ à macula
expurgata est. Hac enim elemen-
ta cuncta purificant: nã quòd aqua
non eluit, ignis consumit.

Turturem dicunt ad tibiariù so-
nium saltare, & mutationes agere,
quibus illam circumuenire, & in la-
queos inducere solent. Vnde sub
eius pictura saltatorem significa-
bant.

Vrinator.

*Agilis na-
tator.*

Fullo.

*Mundi-
ties.*

Saltator.

Nuptie.

Nuptias duabus corniculis pingebant, ob mutuam istarum auium concordiam. Etsi quando mas, vel fœmina deficit, altera vidua manet neq; alium sibi socium assumit.

*Viduarũ continen-
tia.*

Viduarum continentiam depicta columba nigra demonstrabat, ob eius integritatem. Nam si defecerit, alteri non coniugitur. Nec tamen in omnibus hoc euenit sed in quodam ipsarum genere. Nigra autem color perpetuitatem dicit: quod non mutetur, sicut colores reliqui.

*Paterna
solicitudo.*

Paternam in filios sollicitudinẽ per piscem glanum dictum significant. Nam fœmina oua deserit, quẽ pater fouet, ac defendit, donec enati fetus ab alijs piscibus tueri se possent. Itaque quadraginta, vel quinquaginta diebus prout opus est, ea custodit. Et hac de causa facile capitur. Refert hanc historiam Aelianus Syluri speciem esse asserens, quẽ sollo Hispani, quasi suillum vocamus Athenæus autem Hycam appellat.

*Aelianus
lib. 12. c. 14
Athen. li. 7
c. 38.
Amor in fi-
lios.*

Parentis amorem in filios in Pelicano

licano demonstrarunt. Cuius tantus esse erga pullos suos amor dicitur, vt si propè ignem ardere viderit, extincturus accurrat: ne flama nidum accendat. Et dispergens ignẽ alis incendium nõ timet: vnde manu subito capitur ab aucupib⁹, qui seriò prope nidum struem lignorũ, quæ facile ignem concipiat, apponunt.

Vulturem matris figuram esse dixerunt. Credebant enim, vt diximus, nullum inter eas aues esse matrem, omnesq; vt Theopompus scribit, è vento concipere.

Per Scarabæum vnigenitum intelligebant. Hoc enim animal non gignit, vt reliqua, ex maris, & fœminæ coniunctione; sed singuli ex limbo bouis, aut asini formantur, quibus dã pilulis, quas volunt ab oriente in occidentem: & deinde post viginti octo dies. i. Luna cursu peracto, in humida parte recondunt. Quod eo tempore coniunctio Solis, & Lunæ fit. idque illos instinctu naturæ doceri, sub qua & omnes in Mundo generationes fiunt, vt Ae-

*Mater.**Vnigeni-
tus.*

gyptiorum erat doctrina.
Herodoli. Leena figurabat vnus partus fœ-
 3. minam. Quòd crederent iuxta ve-
Aristo. lib. tustam opinionem, quod Leenæ se-
 6. *animal* cundus partus non cōtingat: cuius
ca. 31. Herodotus meminuit. Sed oppositū
 docuit Aristoteles: quod & expe-
 rientia comprobauit.
Natrix. Nutricem sedulam, lactisque, co-
 piam habentem in vespertilione
 fœmina figurabant. Hac enim yo-
 lucræ suo lacte pullos enutrit, quòd
 nullis alijs contigit.
Sterilitas. Sterilitas in figura mulæ notaba-
 tur. Notorium enim est hoc animal
 non concipere: tametsi Theophra-
 stus in Cappadocia, & Syria mulas
 parere dixerit. Sed vt docet Aristo-
Arist. lib. teles, diuersum est genus, licet mu-
 6. *anim. c.* læ speciem præferre videtur: eas-
 14. *& li. 1.* que ginnos vocant.
 6. 6.
Lup⁹ cau- Aborsum sub equæ lupum calce-
sa abortus parientis figura fingeant. Nā
equæ. equa grāda quomodocunque lu-
 pum tangat, aborsum patitur. Di-
 cunt etiam aliqui, etiam hoc acci-
 dere, si tantūm lupi vestigium præ-
 sent.

Cap.

Cap. 26. De Patre filios abdicante,
 de eo, qui equaliter inter filios di-
 uidit hereditatem, & de succes-
 sione minus desiderata, & alijs.



HILIVM exhæredā-
 tem per cornum no-
 tabant: qui, vt non
 ignoratur, pullos fu-
 os deserit. Hi verò
 cœlesti rore sustinentur pipicētes,
 & paruula rostra aperientes, ac si
 Deum, vt Regius Propheta inquit,
 inuocarent.

Qui & quis partibus opes suas di-
 stribuens filios ineundæ heredita-
 tis pares esse præcipit, per hirundi-
 nem significatus est, quæ admirabi-
 li diligentia pullos suos educat, ita
 vt vni nihil magis, quàm alteri lar-
 giatur.

Hereditas illi tandem collata,
 ad quem minus deferenda censeba-
 tur, per simiam intellecta est, quæ
 binorum catulorum alterū exclu-
 dit, alterum alit, & indulgendo cō-
 plectitur: tantumque manu carpit
 & cum eo lusitat vt perimatur, vel

N 4 alias

Exhære-
datio.

Ps. 146.

Aequabili-
tas & filios.Admissio
eius hære-
dis qui mi-
nus dilige-
batur.

aliàs intereat. Tunc facti dolens re-
petit excussum.

*Claustro
abditus.*

Qui in claustrum se abdiderat,
& nihil de Mundo noscens insipie-
ntem præferebat, asinino capite
deformabatur.

*Inspiciētia
per Pelica-
num figu-
rata.*

Pelicanus erat insipientiæ signū.
Parit enim humi, & vbi facillimè
oua deprehenderentur, quæ tutio-
ribus in locis obseruari debuerant
Ignem quoque circa pullos conspi-
cata, vt iam diximus, ad extinguen-
dum volitat, nihil pensi habens, an
& ipsa cremetur: cum ea sit ignis
natura, vt ab eius ardore cūcta ani-
malia secedant, damnum, & cladē
cognoscēdo, in quam proximè ac-
cedentia incurrant.

*Homo pro-
fanus.*

Profanum hominem per suē in-
telligebant, quod solo eius tactu li-
cēt incauti polluerentur: adeo vt
cum tota etiam veste Nilo ablu-
i oporteret. Idem per pitētem sense-
re, à quo abstinebant, quod pauci
nutrimenti sit, & facillimæ corrup-
tionis.

*Asue, et pi-
sce abstinē-
bant Aegy-
ptij.*

*Impij in
parentes.*

Impium per hyppopotamū, id-
est equum flumiale describebāt:

Estq;

Estque animal mirum in modū fe-
rox. Impietatis autem arguitur, q̄
patri ingratus sit, & iniquus. Idem
per palumbum senserunt: à quō di-
cunt patrem interfici matremque,
vt Horus scribit, sollicitari.

Crudelis, & sanguinolentus in
Irudine significabatur, cuius ea est
natura, & ab Horatio etiam refer-
tur, vt non dimittat, vbi fuerit affi-
xa, ni prius plena, & satia crepet.

Viarum obsessorem Crocodili
Symbolo indicabant. Solent enim
viatores inuadere. Et quia tunc tē-
poris erant ad resistendum inertio-
res, plurimum offendebantur.

Suis imago ad virum pernicio-
sum deferebatur, quod damnosus
esset, præsertim segetibus: vnde Ce-
reri victima erat.

Impudentem hominem rana ex-
primebat. Importuna enim est, &
insulsa, solis in oculis sanguinē ha-
bere dicitur. Eos autem, qui oculo-
s sanguine suffusos gerunt, audacia
notat Aristoteles: vnde apud
nos prouerbium. Sed eosdem inue-
recundos esse testatur.

Filio-

Horus.

*Hora. Nō
missura cu-
tē nisi ple-
na cruoris
irundo.*

*Homo per-
niciosus*

*Impuden-
tes.*

*Li. de Phy-
sion.*

Vipera - Filiorum ingrati-
partus. tudinem vipers
 ra partu, iuxta vulgarem eius tem-
 poris opinionem, denotabant. Natu-
 ralis enim historiarum veritas, & ex-
 perientiarum argumentum indicant
 oppositum.

Particida Pallinaca, & humo particida
pœna. supplicium figurabant: nec vlla affi-
 gnatur ratio. Intelligi tamē potest,
 quod quemadmodum qui cognita
Aelianus pallinacam incaute piscari tentat,
lib 1. c. 58. seipsum aculeo in cauda maxime
& lib. 2. c. lethali interficit, Sic etiam qui pa-
45. tri mortem infert, sibi ipsi vitam eri-
 pit. Quando enim nulla alia pœna
 la deretur, satis est sibi patrem, a quo
 genitus est, abstulisse: quo deficien-
 te, multa deficiant, necesse est, idque
 omnibus graue, & merito acerbe
 fertur.

Aristoteles Sub dolum piscatorem, piscato-
lib. 9. c. ria, vt vocant, rana intelligebant.
37. Que latere dicitur, & duo fila,
Cicero de quæ ante oculos gerit, extēdit: quo-
Nat. D. o- rum singula in fine habent minutif-
rum. simas pilulas, quæ videri possunt: pi-
 sciumque accedētibz pilulæ pau-
 lacum ad se trahuntur, & simul pi-
 ces,

ces, ita vt eiusdem ori includantur
 ignari.

Qui sua vitia dissimulant, vt sui
 voti cōpotes sint, in panthera ostē-
 debantur. Quæ sublatare dicitur,
 quod minus videatur, vbi nullum ex
 alijs animalibus odorem præsen-
 tiam, ventis aduersa: cum ea verò ap-
 propinquat, ex insidijs capit incau-
 ta. Similiter sua vitia, & defectus te-
 gentem per simiam lotium emittē-
 tem intelligebant. Subito enim ter-
 ra vrinam cooperit, & desuper ali-
 quid imponit.

Cap. 28. De nimium confidente, &
 coaceruatore, & alijs.



ESPERTILIO, ho-
 minē significat, qui
 sine vlla maiorū no-
 bilitate, & ingenio
 effertur. Pēnis enim
 carens, membranulis quibusdā fre-
 tus volitare audet.

Qui domum suam rebus & utili-
 bus, & inutilibus nullo habito dele-
 tu complet, in polypode notaba-
 tur,

Plinius li.
8. c. 17.

Vitorum
detector.

Temere si
bi confidēs

Deligendi
nescius.

*Eligere
sciens.*

tur, qui ex omnibus nihil discernens
sive pisciculis, sive conchulis, aut
alijs se explet, quâvis nihil inde ve-
litis excerptat.

Eligere scientem per murcem in-
telligebant: qui vbi se inter edilia
conferunt, non nisi à melioribus in-
cipiunt.

*Attoni-
tus.*

Qui subito timore correptus
pescit, nec sentire damnum vi-
detur, polypode etiam figuraba-
tur: qui panem comprehensus de-
scrimen non fugit, sed vicinior
saxo adhæret: & plerunque detur-
batus piscatoris brachio inuolu-
tur.

*Pulicaria
herba.*

Notum de eodem est, quâdo
saxo se applicat, ita illi adhæret, ut
prius discerpatur, quàm integer
plicetur. Verùm admota herba pul-
licaria subito illius odore admittit
vires exoluitur. Dicta autem est
sic, quòd pulices perimat: alio no-
mine coniza, vel cunila dicta. Sic
go depictis polypo, & hac herba
subitaneum discessum denota-
bant.

*Subita di-
scessio.*

Ibis

Ibis in honore apud Aegyptios
habita est: illius tamen oua cõfrin-
gebant, credentes ex ijs basiliscum
gigni: vt nunc, ex ouis galli. Et ita
depingentes ibidem, & prope ipsã
ouem basiliscum pariens, malam
prolem, quæ bonum habuerat prin-
cipium, significabant.

Crocodilus ciconiæ pēnas in ca-
pite gestans segnem, atque inutile
hominem ostendit. Nam si huius
pennæ Crocodili caput pertingūt,
torpidum reddunt, ita vt moueri
non possit.

Solitarium, & viuentem sibi in
anguilla intellexerunt: quæ sola se-
per degit, & nulli piscium, vel sui ge-
neris, adhæret. Afferit enim Aristo-
teles non esse illis marem, aut fœ-
minam, dubitaturque vnde nam ge-
nerentur: & veriùs creditur ex ipso
limo, quem Diuus Basiliscus fœculē-
tam materiam vocat. Estq; fœx ip-
sa, quæ in superficie terræ cū ipsius
crassitie adhæret:

Extra domicilium suum habitã-
tem denotabant formicam, & ve-
spertilionis alam depingentes. Ta-

tæ

*Mala pro-
les ex bo-
no patre.*

*Homo
ignauus*

Solitarius

*Li. 4. c. 11.
Basiliscus in
Hexame-
ron.*

*Domiciliũ
suum ab-
horrens.*

tæ siquidem sunt inter has inimicitia, vt si vel sola illius ala canernæ ostio propinqua ponatur, nulla vnquam formica sit eò ingressura.

Hominem ventri deditum fœtus figurabat. Hic enim piscis quot quot pisciculos deprehendit, inter gross deuorat, & inde ruminat: Nā inter aquatilia ea huic vni proprietates inest, vt Aristot. 2. de animalibus libro scriptum reliquit. Ita & per marinam multellam inexplebilem voracitatem significabant. Quicquid enim ore in aquis parit, resumit. Talis autem partus & sepia, & loligini tribuitur, sed hæ multellam immanitatis arguunt, quòd iam eductos fœt^o ore deferunt in aquas. Vnde creditum olim fuit sic illas parere: & ita idē Aristoteles 6. Animalium libro docuit.

Helluonem inexplebilem depictō Crocodilo notabant; quando iam satur aperto rictu semisomnis iacet, & auicula quædam accedit, vt cibos de more sumat leuiter expurgando, quæ dentibus adhæserunt. Quæ res tantæ est illi voluptati,

Ventri deditus.

cap. 17.

*Arist. lib. 6
c. 10.*

Gulosus.

*Plin. lib. 8.
cap. 25.*

ti, vt apertius os expandat. at interrim paratus ichneumō hostis illius acerrimus in fauces iussit, & intromissus rodit, donec corde percusso prosterneat inimicum.

Ebrietatem in eodem intelligebant. Non enim secessum, vnde excrementa demittat, habet, & interdiu à vomitu non cessat.

Per ouem, quæ herbam comizā fit depasta, propē illam depictam illum intellexerunt, qui omnē substantiam in cōuiujs absumperat. Hæc enim herba interficit oues, dū sitim excitat: quæ bibendō minus sedatur, & crepant mediæ, vel cum maiori siti depereunt. Sic qui suas opes exhauerunt, duplici fame, & mala assuetudine, & ciborū inopia cruciantur.

Superiore dimidiati polypodis parte epulonem depingebant: qui rem suam, & alienam decoxerat. Quando enim nihil aliud cibi comedendum habet seipsum corrodit.

In Vpupa, & capillis Veneris remedium ebrietatis intelligebant.

Nam

Ebrietas.

Dissipator.

*Suarum
opum de-
uorator.*

*Ebrietatis
remedium.*

Idem.

Nam hæc volucris vis fatiata inebriatur, & remediū sibi in hac herba perquirit. Et sic eadem copiosa vindemiæ Symbolum erat,

Eum, qui iam a viño se abstinet, per noctuam suis ouis incubantē signabant. Nam, vt aiūt, si hæc oua tribus diebus ebriosis in vino dentur, ipsum abhorrent.

Hilaritas

Hilaritas in vite significabatur. Est enim naturalis vini effectus fulcire: et, vt scriptura docet, & experimento monstratur multis, cor laetificare, & exhilarare.

Temperantia hieroglyphicū.

Sub Temperantiæ verbo, quod potissimum in homine moderandum est, intelligentes affectus nequam animæ, qui grauiora incitat certamina, ipsam temperantiam in ophiomacho depingebant, Hæc autem species locustæ est, cum serpentibus pugnans: quæ volando eorum capita percutit. Nec secus vitium temperantiæ contrarium (in qua & modestiam, & continentiam complectimur) meditationis volatu vincitur percutiendo caput id est, principio mali obstanto, & vires,

& vires, quibus ali possit, subtrahendo.

Cap.

1429. De impudicitia. & alijs vis, nempe Ira, & Auaritia.



ALACITATEM

Salacitas.

hirco denotarūt, qui naturaliter fœminas appetit, quas a die natali septima hebdomada insultat. Aelianus autem septimo inquit die.

Ceruum latentem depingebant, vt simul turpitudinis dolorē exprimerent. Aiunt enim, vt primū cū fœmina rem habuit, sese abdere, donec ablutus pluuia emundetur.

Dolor à coitu.

Ad petulantiam coercitā significandam, taurum cum ceruice, & capite ramis caprifici coronatū sculpebant. Scribunt enim eam illi esse proprietatē, vt tauro vires adimat, vt ne moueri quidem possit.

Petulantia coercita.

Procacis lasciuæ plexum per castorem signabant: qui seipsum testibus exuit, cū a venatoribus petitur.

Libidinis crimine punitus.

O

Auerſæ

*Peccatum
contra na-
turam.*

Auersæ veneris crimen binis ma-
nibus perdicibus signant, quòd in-
ter sese sint maximè intemperan-
tes.

*A vitijs ex-
purgatus.*

Scolopendra, quæ & centipes,
hanc habet proprietatem, vt hamo
capta filum rodât; deinde reuomit
vt filum ei eiciat. Sic enim liberatur.
Hinc Aegyptij figurarunt illū, qui
se à vitijs expurgauit.

*Aelianus
libr. I. cap.
30.*

Qui grandia virtutis exempla
promisit primū, sed sinistris mori-
bus deprauatus, demum omnium
spem mentitus est, in sepiā mōstra-
batur: quæ deprehendenda pesca-
tores illudit, denigrans aquas ob-
scuro atramento effuso, quo se libe-
rat, vt sapius est dictum.

*Dignitas
amissa.*

Eum, qui dignitatem, vel expe-
ctatam, vel iam acquisitam amisit,
ceruo, sine cornibus abscondito cō-
parabant. Qualis ille manere dici-
tur, dum cornua renouat: tū quia
armis, quibus se tueatur, caret: tū
quia & deformis, et sine honore es-
se tūc temporis quodammodo sibi
videtur.

*Calami-
tas.*

Quicquid mali, aut infortunij
sub

sub calamitatis nomine possumus
intelligere, in Crocodilo, vt auctor
est Diodorus, ostendebant. Quod,
vt ex superioribus patet, nocentif-
simus sit, ac crudelissimus, vt iā di-
ximus.

Pari ratione per vespas, & Cro-
codilum exiccatum, vt sola ossa su-
p̄er sint, exactos labores notarunt,
credentes vespas ex mortuo Cro-
codilo generari.

Crudelitas sub gladij figura
signabatur: quòd eius exequen-
dæ sit instrumentum, quando im-
merentes gladio traiecti iugulan-
tur. Illum Persæ, vt vitæ authorem
adorabant: quòd vitam, aut mortē
ad gladium referret. Nec quicquā
illis maius, quā acinacis iuramen-
tum: quo nomine ab illis fortasse
accepto græcè ensis intelligitur.

Nequitiam figurarunt per Cro-
codilum grādi gladio, de quo pro-
ximè, percussum. Nec alia fortasse
est ratio, nisi quòd nulla maior pro-
ditione reperiatur iniquitas. Qua-
le est cuiuspiam incauti, & securi
caput auerso vulnere cedere: qui

*Mali fi-
nis.*

Sæuitia.

*Persæ gla-
dium cole-
bant.*

Nequitia.

ne c se tueri, nec auertere potuit à tergo inuasus.

*Furor, in
furentem.*

Furorem in se conuertentē, cum iram exequi non potuit, sub Crocodilo seipsum cauda percutiente aptissimè explicabant. sic enim ubi præda insequentem illudit, de se pœnas exposcit.

Ira.

Ira in Cynocephalo signabatur. Est enim paruum hoc animal maxime iracundum. Et, vt Diuus Cirillus docet, iram depingebant iudem Aegyptij Sacerdotes in corde igni super craticulam posito, quod ira nil aliud sit, quam ignis ascendens cor.

*Discordia
Seditio.*

Lupi, & agni societas discordiã significat, seditionem autè sub hominis arcum flectētis figura describebant. Potest enim huc, & illuc illum exonerare. Et sic nulla in parte est securitas, sic & seditio occasio est mali nondum cogniti.

*Inconstã-
tia.*

Inconstantiam, & inquietudinē notarunt in cornicula, eiusque pulis. Est enim maxime vaga, & inquietæ adeo vt neq; in cibandis filijs sit metus, sed volans pascatur.

Impro

Improbritatem, & inuerecundiã in musca denotabāt: quæ omnibus importuna, & molesta est. Quod nullius rei habita ratione in omnia, sine discrimine volet.

*Importu-
nitas, &
impuden-
tia.*

Adulationem signantes ceruum depingebant, & venatorem tibias instantem: quarum sono delectatus obliuiscitur sui, & mansuetus manu capitur, tali deceptus voluptate.

Adulatio.

Leua compressa auaritiã intellegebant. nam aperta manus liberalitatis est signum. Ideo enim nõnulli prodigi pertusam habere palmã, vt alias apud nos, dici solebāt. Sordidi item, & illiberales quandã quasi contractionem in eordibus habent, & seipso naturaliter comprimunt, & angustijs macerant. Et hac ratione manus compressa pollice intra palmam à reliquis digitis implicito certissimum in quocunque iudicari solet auaritiæ signum.

Auaritia.

*Miseria
st
gnum.*

Dextera expãsa liberalitatis est signum. Dicit enim hominem sui, & suarum actionum esse dominum: & sic etiam manuum. Quod de ca-

*Liberali-
tas.*

Ps. 80.

ptius affirmare non possumus. Et ita de eo, qui in tali statu aliquando stetit, David inquit: Et manus eius in cophino seruiert.

Detractio

Reperitur & ferra in obeliscis antiquis Aegyptiorum: & vt Placidus interpretatur, detrahendi proccacitatem significat. Quod sit instrumentum dentatum: cuius dentibus in partes diuiditur, quod alias neque ad amissim, neque in conuenientes partes secaretur. Est in in maledicentia supremum, quando ad rectitudinem, & regulam secare videtur. Sed in hoc differunt: quod ferra incidat, quod superest: obretractio vero, quod deficit. Eandem ferram pro incerto bellorum euentu interpretari quoque voluerunt forsan ex eo, quod dissecantes inter se debellare videntur, & apprehensa vtraque ferra aqualiter

*Obretractio di finis.**Variis bellorum euentus.*

nunc hac, nunc illac trahitur.

Cap.

Cap. 30. De veritatis custode, de Iustitia: de pio, & grato, & plurimis alijs hieroglyphicis, quibus eorum tractatus clauditur.



PERSICVM pomum & eius arboris folium Symbolum erat veritatis. Hoc enim lingua habet formam, illud vero cordis: ita vt tunc secundum veritatem agatur, quando & cor, & lingua conuenerint.

Veritatis Symbolum.

Iustitiae obseruatorem apertus oculus dicebat debitam iudicium attentionem innuens: quos oportet in cuiusque rebus & ius, & rationem considerare.

Iustitia obseruator.

Nota est ciconiarum in parentibus senio confectos gratitudo: quod eos in senectute pascant. Vnde per ciconiam pietas, & gratus animus intelligebantur.

Pietas erga parentes.

Solebat in superiori sceptri parte figuratum ciconiae caput gestare: in capulo vero hyppopotami pedem; quod, quia patri ingratus, & scelestus, impietatis Symbolum esse

Pietas iniquitati praeposita.

O 4 dixi-

diximus. Et quoniã ciconiã signũ est contrarium, vtrunque Regum manibus coniunctum, ostendit quantum sit pietas iniquitati præferenda.

Subiectio.

In polypo, & marina locusta ille figurabatur, qui sua in ciuitate cũ sit eiusdem paritatis cum reliquis, illos tamen tyrannide suppeditare studet. Horus locustam polypodi subiectam dicit: Aristoteles autem è contrario, & interire locustam, si eodem in reti cum polypo clausã se viderit.

Aristo. lib. 8. cap. 2.

Celeritas.

Celeritatem notabant in apua, pisce aded coctu facillimo, vt igni admotus protinus decoqueretur. Quin & accipiter rem celeriter cõsummatam denotabat, quod hæc volucris sit omnium velocissima.

Silentiam per rubetam.

Silentium in rana rubra cognocebant, quod muta conticescat, vt de Syriphia dici solet. Est rubra, quæ inter rubos, & vepres gignitur: estque proprium bufonum genus, & quæ dicitur sapinam lapidẽ gignere.

Idem per Persicum.

Cognitum est etiam silentiũ in Persi-

Persico, & eius folio, quæ veritatẽ significare diximus. Sicut enim gustus in fructu est, non in fronde: sic & intelligentia in corde, non in lingua consistit.

Aliter etiam intelligebatur silentiũ, vt Horus refert in numero mille nonagintaquinque, qui sunt triũ annorum dies, homini primò tributi, cum propriè infans appellatur: quod infra illud tempus nõ loquitur, quãuis aliqui ante tertium annum loquantur, non tamen perfecte.

Vigilantia, & custodia in Leonis capite figurabantur. Scribunt. n. animalia curuos vngues habentia nasci cæca, vnumque Leonem nascendo cernere. Tenet dormiens apertos, fulgentesque oculos, eo quod exiguas palpebras habeat, nec totos contegunt. Vnde nonnulli opinati sunt Leonem nõ dormire. Et sicet Aristoteles de somno, & vigilia sub initium hoc referat: concludit tamen nullum animal soporis expers relinqui. Idem & de lepore sentiebant: & sic eadem res prædictas

Idem per numerum

Tempus tacendi.

Vigilantia.

Aristo. de somno, & uigilia.

dictas denotabant.

*Custodia
perpetua.*

Leonem ante aedes sacras, quod in nostris etiam nunc videtur, statueri solebant, in perpetua custodia signum. Erat & apud illos accepti beneficij agnitio, quod Sole signum Leonis ingresso, Nilus in arua effundi incipiat.

*Vigilantia,
& custodia.*

Eandem vigilantiam in Grue lapidem sustinente denotabant, iuxta cognitum, verumq; illarum volucrum morem.

Perseuerantia.

Perpetui laboris perseuerantia in laborante formica designabant, Nunquam enim, postquam apparet, otiosa interquiescere cernitur.

Præfagium

Præfagij indicium vulturem esse voluere, quod belli tempore diebus aliquot ante conflictus presentire videantur: vbi multa illis inveniendâ sint cadavera. Ex quo aliquando prædictæ sunt victoria.

Securitas.

Binis anchoris firmitatem, securitatemque significabât. Illis enim hinc inde iactus navis tuto sistitur, & aduersus fluctuum, ventorumq; procellas firmatur. Est etiam scindum, cum ad sacram anchoram confugere

figere dicimus, non securitatē significari, sed periculum imminere, ut anchoræ solitæ nihil probo. sint, necesseque potiorem adhibere defensionem. Vnde antiquitus præter consuetas aliam anchoram maioris ponderis solebant afferre, quæ inter reliquas posita firmiorē efficiebat: & ab effectu sacram appellarunt. Item & à magnitudine, quasi Dei anchoram, quod magna sit; quemadmodum & montes alti cedri in sacris literis nominantur. Quod autem sacram anchora sit magna hæc, qua maioribus in periculis utebantur, in Ioannis Zezis. authoris græci, chiliadibus reperitur.

Eius, qui permanentem sibi sedem delegerit, securitatem in aquila unguibus lapidem gerente notarunt. Illo enim nidum fulcit, ne à vento præceps agatur. Negat Petrus vllum lapidem gestare, sed solam at item idest, aquilinam, maximæ ad partem virtutis. Sed quod ex alijs authoribus colligitur, communi interpretatione de petra maioris ponderis, & firmitatis creditur.

*Sacra
antale, sed periculum imminere
chora.*

*Ioannes
Zezis Chi
liads 11. li
bro. 363.*

*Firma se
des.*

*Petrus in
hierogly
phicis.*

tur. Vbi ergo earum nidos scrutari possunt, facile est veritatem, & certitudinem indagare.

Quies perpetua.

Sedes perpetuæ quietis signum erat. Hinc data est iudicibus: quod ad iudicandum animi quies sit maxime necessaria. Nec non & sedes ipsa opus est illis, quos totum diem iudicando consumere oportebat. Ideoque ad urbium portas confidebatur, ubi & ciues, & aduenæ conveniret.

Commiseratio.

Commiserationem, & ex alieno malo dolorem in vulture, eiusque pullis figurabant: qui femur suum percutit, ne filios intra centum viginti, quos diximus, dies, derelinqueret: & eo, quod prope se inuenire potest, illos pascit. Quod si cibus defecit, suo sanguine educat. Hoc autem pro comperto non habetur.

Antiquitas.

Antiquitatem scriptis folijs vel quibusdam voluminibus, hoc est, inuolentis pellibus, significabatur. Cuius ratio est plana. Scriptura enim efficit, ut conseruetur antiquitas, & mirabiliter renouetur.

Operis impendium.

Circulis in pecuniæ modum dispositis,

stitis, illi publici operis, in quo collocabantur, impendium intellexerunt, qui si in orbem ponebantur, publico ære, seu communi impensa: si verò paralelo, seu æquidistate, privati alicuius sumptibus factum notabant. Et licet priuata sit, nec antiquorum hæc interpretatio, non extra rationem videtur adhibita, & sic poterit admitti.

Sphynx (ut tradit Cælius Calcagninus) in atrijs templorum pingebantur, vel eas in modum statuarum rerum obscuritatem. Et quoniam hac de re cõmunes huius doctrinæ authores antiqui non meminerunt, dubitari potest de hoc hieroglyphico, præter hoc, quod Græcorum doctrinam recentiore sapiat. Verum Diodorus ait apud Trogloditas, & Aethiopes hoc animal inueniri, & esse admodum docile. Sic templorum valuis affixum, ubi doctrina illorum tradebatur, significaret planè, indocilem scholam illam ingredi non debere.

Lib. de rebus Aegyptiacis.

Sphynx, quale animal.

Cap.

Cap. 31. De Pythagoræ Symbolis, et
eorum declaratione.

Tradita
sunt, quæ
Aegyptio-
rum fuisse
non est am-
biguum.

ACTENVS de
literis Hieroglyphi-
cis, indubitata Ae-
gyptiorum doctri-
na egimus. Quod &
placuisse credimus
ijs, qui eadem apud alios authores
legerint: quod hic paucis, & sub or-
dine perstricta, clariusque, ac dili-
gentius in exquirenda singulorum
ratione dicta sint. Cumq; in se tan-
tam habeant similitudinem, origi-
nemque ab Aegyptiorum doctri-
na trahere credatur, quæ suis Sym-
bolis, Pythagoras edocuit, illorum
meminisse oportet. Illa enim post
egressum ex Aegypto publicavit.
Habuit autem, ut fertur, Magistrū
Oenuphetem Hieropolitem. Pra-
cipua verò eius Symbola sunt hæc,
quæ sequuntur.

Oenuphe-
us.

Plutarch'
de liberis
caucandis

AFABIS ABSTINETO.
Quod, Iuliano auctore, de suf-
fragijs in creatis magistratibus
intelligitur. Quod olim in comitijs
per

per fabas suffragia ferre soliti sint.
Qui vero contrariam sententiam
tueri volunt, quod scilicet a comi-
tijs recedere non deberent, qui in-
tegrum sunt iudicij, hoc ipsum admo-
nebit præfens Symbolum. Fabas
enim dicitur esse, qui suffragium
suum pretio commutauerit.

COR NE EDITO. Hoc est,
ne frustra, vanisque curis animum
excrucies, in quibus remedium ad-
hibere non potes. Nec impropiū
erit, si de invidia interpretemur. Si
quidem re vera inuidus cor suum
rodit, & consumit.

MELANVRVM NE EDAS.
Hic notus est piscis, si sepiam cum
quibusdam intelligamus. Sed, ut ex
Athenæo, Aeliano, & alijs constat,
diuersus ab illa est. Græcè enim si-
gnificat nigrum caudam habentē:
Quod omnibus est documento, ut
ab eorum commercijs abstineant,
qui prauo sine polluuntur.

**SUPER PLAVSTRVM NE
EDITO.** Intelligendum arbitror
in ipso progressu. Nam totum dis-
fundetur: nec cibus ullus sine quie-
te

Vana soli-
tudo.

Athenæus
lib. 7 c. 6.

Aelianus
lib. 1 c. 35.
& li. 12. c.
12.

Plin. lib. 9
cap. 29.

Opian' li. 3

*Negotiorum mole-
stia fugienda.*

*De mensura
ravage em-
ble. 2. lib. 2.*

*Dexterā
porrigere
quid sit.*

Iamblicus

te prodesse, aut delectare poterit. Illos autē peculiariter alloquitur, qui vitam quietius transigere valentes laboriosis se implicant negotijs: quæ neque comedendo, neque, ut aiunt, scilpendis auribus, sed cum relinquunt.

CHOENICE NE INSIDEAS.

De segni homine semper intellexit: cui nō erit, quod metiatur. Et quia choenix, siue mensura, illa erat, in qua diurni laboris demensum tribueretur, nihil habebit dimetiendum, iuxta veterem consuetudinē, qua diurna merces ad mensuram distribuebatur.

NE CVIVIS DEXTERAM PORRIGAS. Significat amicitia prudenter deligendam: neque, omnium passim habendā. Quod si de liberalitate intelligamus, quæ nec ipsa quidem in obuios quosque admittenda est, appositē cadet. Iamblicus de præstantissima quaque, & occulta disciplina intellexit, quæ non cuiuslibet è vulgo communicanda est. Illas autem occultas intelligit, quæ quodammodo per manus

trade-

tradebantur: & hinc traditiones dicuntur. Quæ, ut ex hoc apparet, inter Græcos in vsu fuerunt, & Hebreos illas habuisse ex sacris constat literis. Dicta que fuit doctrina hæc Cabalā, id est receptio: vnde apud nos vulgare nomen obtinuit, ve stigal ut diceretur, adiecto articulo, Alcabala.

IN ANVLO FIGVRAM DEI, NE GESTATO. Hoc, ut equidē sentio suadebatur, Dei magnitudinem in animo præcipuē imprimendam, non autem in annulo. Potuit etiam considerari figuram, cui pia observatio debetur, non æquē honorifice in manibus ad omnia paratis gestari. Sic enim Romæ data est occasio calumniæ in eos, qui in annulo Imperatoris imaginē ferebant. Iuxta quæ non dissimiliratione indecens admodum videbitur sacræ ceræ sub Agni formam figuram inclusam annulis deferri, cum maior illi reuerentia debeatur.

ARCTVM ANNVLVM NE GESTATO. Hoc Hieronymus

P inter-

*Cabalā, de
qua scripsimus
lib. 2.
De vera,
& falsa
Prophetia
cap. 28.*

*Pietas in
Deum.*

*Calumniatores
apud
Romanos.*

Diuus Hieronymus.

interpretatur de ijs, qui in huiusmodi vitæ institutum se intrudunt, in quo permanere non possunt. Siquidem annulus placidè non ingreditur ciet sanguinem. infert subinde molestiam, & nequit educi.

*Authoris
expositio.*

PALMAM NE PLANTES. Hoc, ut opinor, prohibet propter diuturnam educationis moram significans decere quidem homines, ne his rebus insudent, quarum fructus assequi non possint. significabit etiam nimiam nepotum curam quibus palma plantatur recusandam.

*Iustitia
æquitas.*

**STATERAM NE TRANS-
GREDIARE.** Clarè quidè vn-
quenque admonet iustè viuere, &
nihil quicquam facere præter ius,
& æquum.

*Iram esse
compeſcendam.*

**IGNEM GLADIO NE FO-
DITO.** Significat iram iræ addè-
dam non esse. Dicit etiam ira per-
citurum iniurijs non laceſcendū: atq;
idem est, si irato perperam quis in-
citando consulat: cum sit blandis
verbis tumidus animus placandus.
Potentes etiam monet, ne iracun-
diam

diam suam exequantur, gladiū suæ
iræ incendio adiungentes.

**PER PVBLICAM VIAM
NE AMBVLES.** Semper boni
paucissimi extiterunt, & reliquorū
viam non sunt secuti: quæ publica,
& communis dicitur. Vnde proces-
sit, ut commune dicatur, quod im-
mundum est, & prohibitum, secun-
dum scripturæ phrasim.

*Aetorum
10. & 11.*

**OLLAE VESTIGIVM IN
CINERE TVRBATO.** Hoc
Plutarchus de iracundia interpre-
tatur, qua animus efferueſcens alte-
ratur. Nullum enim iracundiæ vesti-
gium oportet relinqui.

*Plutar-
chus.*

**SVRGENS E LECTO VE-
STIGIVM CORPORIS CON-
FVNDITO.** Admonemur in hoc
nullum adeò incompositum fore,
ut errores, atque defectus suos oc-
cultandos negligat.

*Vitia tegē
da.*

**TOLLENTI ONVS AVXI-
LIARE, NON DEPONENTI.**
Id est, adiuuandi sunt, qui se virtuti
dederint, & sibi ipsis non deficiūt:
non autem ij, qui virtutem destitu-
unt. Intelligitur autem si quis pro-

*Operum vir-
tuti ferendam esse.*

bitatem derelinquenti sit adiumento, idem esse, ac si improbum etiā perdoceret. Sed & aliter commodè explicatur de ijs, qui alijs subveniunt, si se illi coadiuuent, quod fieri quidem licet: non autem si illi desistant, & totum onus in adiutorē reijciendum censeant.

GLADIVM ACVTVM AVERTE. Innuit, vt à periculosa necessitudine abhorreamus: qualē perditorum hominum esse nō ambigimus. Cuius rationē nobis psalmographus proponit dicens: Sicut nouacula acuta fecisti dolū. Siquis enim incautē nouaculam manu gestauerit, proculdubio seipsum vulnerabit. Idemque nos docere videtur, in quacunq;ue periculis obnoxia necessitudine: qualis est earum quæ suas excolendo facies nitidiores faciendas curant. Quod si homines attenderent, tunc verē seipsas acuere, tanquam nouaculas, vt noceant proculdubio abstinere, ne ita facilē contrectando læderētur.

A PISCIBVS ABSTINETO. Crediderim hoc Symbolo continētiam

Pf. si.

*Fugiendā
mali occasionem.*

Pisces quare non comedendi.

tiam honestatem commendari, cui pisces repugnant: quanuis moderatio quodlibet damnum propulset. Et si quod sonat, intelligitur, non erat, cur particulari sententia Melanurus phiberetur. Qui verò hoc Symbolum plus æquo extendunt, suspecti mihi esse videntur, ne perperam de Sanctissimi ieiunij institutis sentiant, quibus carnes, non autem pisces vetantur: quos minoris esse alimenti non dubitamus, imposito tantum edēdi modo. Nā semel in die, nec id quidem vsq; ad satietatem esse debet. Sic enim pisces obesse non possunt.

AD LVCERNAM NE CONTEMPLERIS. Quemadmodum inclusum lumē, ne extinguatur, nequit diffundi: ita & qui varijs curis implicitus distrahitur, nec studio, neque contemplationi liberā operam poterit impēdere. Notabis et illud, quod solo naturæ lumine affequimur: quæ lucernæ lux sine superiore fidei lampade per diuinam gratiam communicata dicitur.

GALLVM EDVCA NEC
P 3 IM-

*Sanctissima
ieiunij
institutio*

*Sollicitudines
in rebus
serijs auer-
tunt.*

*Lux lucernæ
quæ.*

*Gallus qua-
re non im-
molatus.*

IMMOLATO. Rei prudentissime nos admoneri hoc Symbolo opinor. Nempe cum quis cuiuspiam familiaritate usus est, vel obsequium cui debet, praestiturus in eo, quo vni collato, caeteri iniuria se affici putent, longè praestat, ut vna in omnes aequitas seruetur. Hoc autè est, Gallum educa, scilicet, ut tibi profiti nec immolato. Nam ex veterum superstitione Soli, Lunæ, Ioui, Mercurio, Marti, Cybeli, Aesculapio, Mensi, Nocti fuerat dicatus. Quòd si vni istorum in sacrificium offertur, reliquis videtur auferri.

*Gallus qui
bus dica-
tus.*

TRANSACTVM ITER NE REPETAS. Plutarchus hoc de mortem timente, ac illius quietem recusante interpretatur. Caeteri ad prodeuntem referunt, ne retrocedat. Illum enim furia vltices comitentur, vnde ad poenam de vxore Loth desumptam, & quod per illam significatur, alludere videtur. Sacram enim scripturam legisse creditur, & inter peregrinandum illam vidisse statuam, quæ ad sua vsq; tempora, & multò etiam postea perduravit:

*Plutar-
chus.*

*Statua
vxoris
Loth.*

rauit: ut alibi dicemus.

SELLAM OLEO NE ABSTERSERIS. Quauis hoc alijs difficile videatur, clarè tamen inuenit, ne sedem oleo inficias. Item & te ipsum, cum federis, incautè maculis scædari facillè continget. Rectè autem in eos quadrat: qui de re aliqua malè sentiunt, in quibus aliàs, futurum est, ut deueniant.

*Deuitan-
damacula*

IN VIA ARBOREM NE CAEDITO. Aliqui intelligunt de viatore inter eundem ligna sibi congerente. Labor enim est superfluus. Ego verò sentio de illo, qui ligna, secturus in monte, iuxta viam ramos alicuius arboris incidit: vbi facillimè prætereuntem aliquem, ni maximam curam adhibeat, percutere poterit: iuxta Pauli iuriscōsulti legem, quam habemus in titulo ad legem Aquiliam. Atque ita admonet in rebus omnibus dāna, quæ euenire possunt, cautè auertantur.

*Authoris
expositio.*

*L. si pater
D. ad legē
Aquiliam.*

CORONAM NE CARPITO. Idem esse intelligo, ac si diceret. Ne quid inferas discordiæ, vbi cō-

*Discordiā
non seruan-
dam.*

cordia est. Haftenus de seſe & iſis Pythagoræ Symbolis: deinceps nobis eſt de coronis, & earum diuerſitate tractandum.

Cap. 32. De vetuſtis coronis, & earum ſignificationibus.

Corona Symbolorum ſubieſtum.



DE Coronis, & earū ſignificatione tractare oportet, quòd maioriam præſtent in ſignibus, & in earum differentijs multa còſpicere liceat hieroglyphica. Quorū mentio non ſolùm apud profanæ ſapientiæ auctores, ſed etiam apud ſacra volumina, ad quæ intelligenda præcipuum noſtrum ſemper erit ſtudiū in his omnibus, quæ literis mandamus inuenitur.

Coronarū uſus.

Coronarū uſus vetuſtiſſimus eſt: quarum auctorem Ianum opinantur: ideoque inter nonnulla eius numiſmata ſitas eſſe dicunt. Et quia corona dicitur, quicquid in circuli modum præcingit, nò ſolùm id nominis donarunt ijs, quæ capitibus im-

imponuntur, ſed & maioribus quibusdam, quæ collo pendentia geſtabantur, quæque Athenæo auctore collaria dicebantur: Ex quo uſu remanſit illud ex auro, gemmiſque pretioſis ornamentum, quod foliotum loco ſub eodem nomine introductū eſt. Iuxta quod fuit etiam corona, & ea prima, cinctorium illud ex folijs intextum, quo primi humani generis parentes ſuorū corporum nuditatem obtexerūt: unde perizomata dicta ſunt. Vocatur etiam corona ille hominum cœtus, qui in gyrum quondam ſibi aſtāt, Seruus. etiam venditioni publicæ expoſitus, & à multis circundatus, ſub corona vendi, vel in corona dicebatur: licet alij velint laneum illi ſertum in ſignum imponi ſolitum. Sed uerius ſeruorum uanaliū pedes creta notabātur: unde nonnulla in eos, qui ſerui fuerant, dicteria referuntur. Familia, quæ ruri circum ignem ſedere ſolet in rotūdo camino, ob id campana dicto ni potius à campanis nomen habuerit, ignem cingere uidetur, & ſic corona dicta eſt à Mar-

Athenæus lib. 15. c. 5.

Genefis 3.

Seruus quare dicitur ſub coronam vendi.

Martialis

Esaias c. a Martiale. Est & Esaiæ locus: vnde
 28. coronæ superbiæ. Quæ de superbo-
 rum conuenticulo interpretari po-
 test, quos Iesus Christus tauros pin-
 gues, id est feroces ipsum obse disse,
 & velut apes circundedisse queri-
 tur. In quo ille conuentus denota-
 tur, quando coegerunt consilium
 aduersus Dominum, frumentes in
 eum, & probrosam eius necem de-
 creuerunt: nec non & eiusdem ex-
 cusatione inferentes quæcunq; ma-
 la possent: sed in seipos verius, &
 sibi damna congerentes. Et quia
 simili modo qui ad defensionem ali-
 cuius conueniunt, in pace, & amici-
 tia illius, eum vnde quaque ample-
 ctuntur: coronare, in sacris idem est,
 quod protegere, atque defendere;
 iuxta illum Davidis locum, vbi de
 viro iusto agens, Scuto (inquit) bo-
 næ voluntatis (id est, benignitatis
 immensa) coronasti eum, id est, pro-
 texisti, & defendisti eum. Et quo-
 niam prima circuli, seu coronæ si-
 gnificatio est alicuius rei ad suum
 principium reductio: vt pariformi-
 ter continetur: annus per colubri
 orbi-

*Pf. 21. &
 127.*

Pf. 5.

orbibus circumuolutum, & per co-
 ronam notatus est. Vnde, cum Da-
 uid ait, Benedices coronæ anni be-
 nignitatis tuæ, hanc continuationem
 temporis pariformem, qua semper
 rotatur, intelligit. Frequentius ta-
 men in sacris literis coronæ nomi-
 ne virtutis præmium, & verus ho-
 nor designantur, afferendo de ius-
 tis, quod gloria, & honore coronetur.
 Dicitur autem corona pretio-
 sis lapidibus intexta, quæ auro, &
 gemmis constat. Et licet plures sint,
 de lapide pretioso dicitur corona,
 propter vniionem, & parem consen-
 sum: vel, quia præ cæteris vna ma-
 iori pretio interferi solebat: quod
 etiam nunc vsurpant. Cum verò hæc
 corona sit Regum insigne, à iustis,
 & sanctis aliena esse non potest: qui
 verè cum Christo, & in vita etiam
 propter animi rectitudinem, qua
 in hoc nihil est, quod illis non sub-
 iaceat, regnare dicuntur.

Hoc Regum insigne primū fuit
 linea vitæ, & eadem est, quæ Cyda-
 ris vocatur: cuius apud Leuiticum,
 & Zachariam mentio occurrit. He-
 brais

Pf. 64.

Pf. 102.

Pf. 20.

Apo. 20.

Leui. 10.

Zach. 3.

*Q. Curti.**Cydaris
munda.
Coronã re
g. a.**Imperato
res quare
coronati.*

bræis Zaniph appellatur, à verbo, quod cingere latine sonat: vnde apud nos ornamenta fimbriæ dicuntur Zanefas. Cydarim, inquit Q. Curtius Regum fuisse in signe maximè Persarum. Eratque fascia cærulei coloris, intermixtis quibusdam albis maculis: sed apud illos. Reliquis enim linei coloris erat: vnde in prædictis scripturæ locis Cydaris mundi nominatur. Huius regij capitis ornamentum mentio nobis erit alio in peculiari loco: sed intetum factis erit meminisse id ipsum pteriosis lapillis, & margaritis decorari solitum, donec ex auro totum consari introductum est, ad coronarum imitationem, quibus in triumphis visum sunt, cum quibusdam aculeis, quasi Solis radijs: instar earum, quæ imponebantur statuis eiusdem Solis: vnde in Rhodiensi colosso visum est. Cuiusque Imperatores Soli similes videri vellent, & cuncta suarum virtutum splendore collustrare, suis in numismatis huiusmodi coronas instar solarium radiorum formatas sibi imposuerunt. Sed iam ad coronarum originem

originem reuertamur: quam nonnulli sentiunt à conuiujs: quæ antiquissima sunt, deducta. Quod autem ad potus delicias, & voluptatè pertinet, cum eiusdem vini inuentione incepta non dubitamus. Videmus enim, quid apud ipsum primum inuentorem effecerit. Ad cuius comprobationem dicunt primas coronas fascias fuisse, quibus ad sedandum dolorem ex temulentia proueniètem capita vinciebant. Hoc etiam coronæ genus inquirendum compellit, nempe ex herbis capiti salutaribus. Hederaeam sic coronam excogitarunt, qua vsus est Bacchus: & eandem in cælum translata fabulantur in illud sidus, quod etiam nunc corona vocatur: postquam è suo ille capite in vxoris morte deposuerat, pro coma, quæ luctus causa tonderi solebat. Hanc sanè herbam astrictiuam & exiccatiuam habere virtutè experrum est. Et ideo articularis morbi remedium est mirabile, eius balneum siccis plantis excipiendo vaporè ex folijs hederæ, quæ in aqua bulliant.

*Coronarum origo.**Gen. 5.**Coronæ herbaceæ.**Higinius in fabulis.**Articularis morbi remedium*

Plin. li. 21. c. 20. bulliāt. Croci etiam folia ab ebrietatis stupore defendunt. Ideo fuit olim vsu, sicut similax alio nomine dicta Nicophoros, vt quæ imparibus folijs. Cuius tamen non est ratio vt esse potest certis in numeris, cum alicui quantitati, vel proportioni, quæ ad motionem aliquã obseruari debet, hæc paritas, aut imparitas responderet. Rosæ quidē refrigerant, sed earum odor cerebro nocet: ideoq; Plinius præfert coronas, quæ ex pulegio fiunt. Sed alio in loco eas, quæ ex Sifimbro Timbreo, & Philantropho, quæ herba vestibus affigitur, ad capitis dolorem auferendum commendat: atq; item hippoglossam, quod eundem leuet. Hæ sunt ergo, quæ salutares dicuntur, coronæ: præter alias, quæ depellendæ fascinationi proderāt, vt quæ fiebat ex bacchare: & quæ ex lauro aduersus fulmina. Sed illa, quæ ex heliochryso necebat, existimationi, & gloriæ prodesse credebatur, ob splendore, quem lucente Sole concipit: & quod minusquam langueat.

Athenæus

Athenæus varijs de coronis diffusius scripsit: quæ ab herbis, & floribus, quibus conficiuntur: vel à nonnullis particularibus historijs, specialia nomina sortita sūt. Sed quas referre, magni non est momenti: sed multæ potiùs moræ. Nō respiciam tamen ad hoc propositum adducere, quod relatum inuenio de corona, quæ Alexandrini utebantur, pro futura interdum Medicis, cum infirmos euigilare cogunt: pluribus passerulis ligatis. Quibus caput circumdabant, quando vino graues somnus reliquos exiccare calices, aut aliquid aliud opportunum facere impediēbat. Passerculi enim inquieti, & vnguibus scalpentes semisopitos excitabant.

Cap. 33. De Genialibus coronis, illarumq; varietate.



GENIALES coronæ propriè dictæ sūt quibus in conuiujs, & dierum genialium tripudijs utebantur.

Atq;

Athenæus lib. 15.

Thylesus in libello de coronis.

Pli. lib. 21. c. 1. Magna admonitione hominum, quæ

*Spectatiffi-
mè floreāt
celesterrimè
marcescūt*

Atque illę odoriferis ex floribus
tegebantur, visui iucundissimis, na-
tisq; ad hoc, & à natura productis,
vt simul in eis, quod admonuit Pli-
nius, cognitum sit cunctis, quã bre-
ui delicia, & voluptates terminen-
tur. Quod enim Deus ad vtilitatē,
& nutrimentum condidit, dies, ac
menses multos permanet: flosculi
autem, quod soli vsui deseruiunt
per diem florent. Legebantur flo-
res isti, ob suam pulchritudinē, vt
rosa, & lilium, & inter minutas, &
iucundiores, violā. Inter quos, & il-
li in vsu erant, qui propter speciosū
aspectum honori fuerant, propter
originem ex historijs cognita: qua-
lis erat, quem ex Adonidis sangui-
ne natum finxere: & Helenus ex
Helenæ lacrymis & præcæteris Hia-
cynthus, quem ab Aiæcis cruore or-
tum habuisse dicunt. In quo, sic de
currentibus venis, primas eius no-
minis literas designari contigit.
Hoc autem est, quod apud Virgi-
lium exquiritur. Vbi nomina Re-
gum inscripta nascantur. Nec reli-
quis minor existimandus est flos
Narci-

*Plin. li. 21.
cap. 10. &
Seq.*

*Virg. Egl.
3.*

Narcissus, à Bræotis maximo in ho-
nore habitus. Cuius sepulcrū apud
eisdē Taciturnum dicebatur. Illac
enim viatores taciti, & lōgè imposi-
to silētio pertransibant. Et hoc for-
san, vt cunctos admonerent eorū,
quæ in sepulcris insigniū virorum
considerari oportet sic, & rectissi-
mè, institutū est, vt in religiosorum
claustris, vbi defunctorū cadauera
deposita sunt, silentiū obseruetur,
Ac si loquendo excitari possent illi
qui & tacentes alloquuntur omnes
& excitant ad nouissima, quod tan-
ti momenti est, prouidenda. Erant
præterea coronarū materia ad eun-
dem effectū herbæ quædā, quæ li-
cet flores non producant, virore tñ
suo, & suauī odore erant in pretio:
quales sunt myrtus, & trifoliū. sed
præcipuè, amaranthus: quo sepul-
crum Achillis à Thesfalibus coronatū
dicitur: insinuantibus in hoc, quod
sicut ille non marcescit vnquā, ita
& eius fama foret æternū duratu-
ra. Hoc. n. amarantho propriū est,
vt exiccata folia, in aqua reuiuiscāt
sicut & Nardi. Idcirco eisdē hyper-

*De Narcis-
so Ovi. lib. 3
Metam.
deque eius
sepulcro
Thylesius
dicto libro*

*Coronæ ex
herbis.*

*Achillis se-
pulchrum*

Atheni.
lib. 3. c. 1.

Flores ar-
te elabora-
ti.

Plin. lib. 2.
c. 3.

no tempore, cum relique deficiunt
utebantur. Eidem ministerio abro-
ranum, thimus, & origanū deseruie-
bant: nec rarò melilotò, propterea
fertula dictū, & a nostris coronula
Regis. Verū eò coronarū luxus de-
uenit, vt mulieres vix ab India vsq;
sibi satisfacerent. Vtebantur et̄ co-
rollis, quæ ex tenuissimis cornuū fo-
lijs fiebant, vario colore distinctis.
Vnde et̄ excogitarunt, quæ modò
sunt in vsu, ex sericis fragmētis, eas-
que odoribus condiebant. Has er-
go geniales coronas nō modò cōui-
uijs, & deseruētibus cōmunes fuisse
non dubiū: sed et̄ poculis adhibi-
tas. Vnde vina coronare diceban-
tur, atq; etiā coronā bibere: ex eo,
quòd post mensam, coronas è capi-
te deponentes, in pateras desup̄ vi-
na infusa propinabant. Cuius rei a-
pta subit hitoria: qñ M. Antonius
à Cleopatra ad bibendas coronas
prouocatus est: vetuitq; eadem, q̄
sua corōa veneno esset infecta. Præ-
terea & his genialibus coronis pu-
blicis in festis utebātur: vt apud A-
thenientes in Paladis festis, oliuz
ramis

ramis coronabantur omnes. Lace-
dæmones aut̄ folijs arundinis pro-
pter geminos fratres, Castora, &
Pollucē; quibus dedicata erat. Hos
secuti Romani Laureis coronis re-
dimiti cōueniebant: vt in Apollina-
ribus, vel cuiuspiam victoriæ festis.
Cuius insigne notissimū erat laur^o:
ideoq; & literæ, quibus victoria ali-
qua nuntiabatur, lauro præcinctæ
deserebātur: & hinc laureatas lite-
ras appellarunt. Quin etiā insignia
eisde frondibus coronabantur: vt
omnia triumphū, & perpetuā maie-
statis gloriā in foliorū viriditate de-
monstrarēt. Sunt & coronæ ad or-
natū, & cultum pertinētes, quæ no-
uis nuptis imponi solebāt: quarum
admirabiles occurrūt in diuina scri-
ptura loci. Cæteris aut̄ præstat, qđ
in Canticis habetur: vbi myrrha co-
ronari dicitur: & de arbore intelli-
gendū est. Quæ licet afflictionē si-
gnificet, à viro tñ, & vxore sociatis
lufferri pōt. Huius consuetudinis
prophani authores meminerunt,
præsertim Athenæus. Consueuerūt
etiā Romani verbenas sponfas coro-

Coronæ
arundineæ.

Literæ lau-
reatæ.

Coronæ
nuptiales.

Plin. lib. 22.
c. 2.

*Linus 1.
ab urbe, et
lib. 10. bel-
li Punici.
Lex 28. de
verb. sign*

*Honora-
ria coronæ*

*Templorū
& ianua-
rum coro-
natio.*

nare, herba apud illos sacrata, & sa-
lutari. Siquidē legati Populi Roma-
ni, vt Consultus ait, illā deferebant
in signū, ne quid indignū sibi cōtin-
geret. Sed hæc corona ex verbena,
aut alijs folijs, quæ sponsa impone-
batur, suis manibus legenda erat: vt
animaduerneret in manu sua situm
honoris meritū, & mariti sui obser-
uationē, ne vsquā læderetur. Boe-
thia ex asparago sponfas coronare
cōsuevit: vt voluptatē proximē ca-
piendā ostenderet, quāuis domesti-
cos lares, & parentū illecebras re-
linquere reculent. Honoris autē, &
præmij coronæ cōplures fuerunt:
præcipuē verò, quas Deorū statuis
imponerant. Aut ex eo, quod ipsimet
eas olim gestauerunt: aut quia arbo-
res, aut herbæ, ex quibus necerantur,
illis dedicatæ fuerunt. Nec modo
diuersæ statuis coronæ impone-
bantur, verum etiā in eorundē ho-
norem, & altaria: atq; ipsa vnde qua-
que tēpla coronis ornabantur, in
Deorūm honorē. Ad quorum exē-
plum moris fuit amantibus, ex anti-
qua licentiā, amasiarū, quas Deas
suas

suas vocant, ianuas, veluti tēpla, co-
ronare: vt et nunc in quibus oppi-
dis fieri solet, dū frondibus earum
ianuas adornat. Nonnulli verò per-
petuā pro insigni coronā gestabāt:
velut augures, qui lauru tēpora cin-
gebant, Apollinē imitantes. Fecia-
les autē sacerdotes Numa Pōpilio
instituti, vt pacis, & belli internun-
cij forent, verbena caput velabant:
quæ vt diximus, erat illius tēporis
securitas, & saluus, vt aiūt, cōductus.
Sic Aruales Sacerdotes à Romulo
ordinati, spicea corona vsi sunt, in
Deæ Cereris venerationē, cuius mi-
nistri erāt. Et hæc omnium erat anti-
quissima, atq; eius gestandi ius, neq;
exilio, neq; captiuitate amitteba-
tur vnquā, nā postliminio restitue-
batur. Victorū in Olympijs, cæte-
risq; antiquorū ludis præmiū patet
omnibus coronas fuisse: quæ facile,
vt Diuus Paulus admonuit, marces-
cunt. Sed tātū in omni certaminis
genere habebantur, vt quidam pa-
ter gaudio mortuus diceretur, dum
tres filios victores amplectitur. Idē
Sophocli obtigit: qui iā prouectæ
Q 3 ætatis,

Augures

Fœciales

*Aruales
Sacerdo-
tes.*

1. Cor. 9.

*Gellius li.
3. c. 15.*

*De Sopho-
cle Pl. lib.
7. c. 53.*

atatis, cum in quadam Tragedia vice-
rit, in ipsa letitia animam effudit.
Laurea poetis est concessa, quod di-
uinandi partem habeant: vnde &
vates appellati. Qui vero canticis
amatorijs operam dabat, myrto in
honore Deae ab ipsis celebrata cor-
onabantur.

*Plin. li. 15.
c. 8.*

Apij corona in Nemeae festis di-
citur in usu fuisse, pueri Archemori
memoriam celebrando, qui morsu co-
lubri sub apio latentis cornuerat,
atque hinc putatur introductum, ut se-
pulcra apio cingerentur, Et de illo
cuius salus aegrotantis desideraba-
tur, apio indigere proverbiali figu-
ra dictum fuit. In Pythijs Apollini di-
catis laurea gestabatur corona, cum
primum aesculeam usurpauerint qua
eadem est cum orno, quae apud nos
quoxigo. In Isthmij Neptuni festis
pineis coronis utebantur: quae ar-
bor ferendis aequoreis fluctibus na-
ta videatur. In Olympo autem mote
victores oleastro coronabantur, a
bore Ioui dicata, cuius solennia ce-
lebrabant. Et iam deinde agendum
erit de militaribus coronis, quae mi-

*Plutar. in
Timoleo-
ne.*

litibus

*Pl. lib. 15.
c. 4.*

litibus in premium rerum praeclare
gestarum dari solitae sunt, & magni
semper habitae, tanquam propriae vir-
tutis, & magnitudinis insignia.

*Cap. 34. De militaribus coronis, &
antiqua earum diuersitate.*

MILITARES coronae quae
& militibus, & Imperato-
ribus dabatur, plures erant.

*Coronae
militares.*

Quarta maxime praecipue
plurimique habita, graminea erat,
ex notissima herba connexa, quae
passim nascitur: ideoque ducibus com-
missa, qui hostes suos, vel in aciem
congressos, vel fortibus in castris
obessos subdiderant. Tunc nam gramine
cum radicibus collecto coronabantur.
De hac Plinius inquit, in
maiestate populi dominantis orbi,
inter gloriae praemia, nulla corona
nobilior est graminea, longae ante-
cellens ex auro, & lapillis factas, val-
lares, murales, rostratas, ciuicas, &
triumphales. De quibus suo nos or-
dine dicemus: si prius huius conce-
denda rationem adduxerimus. Est au-

*Plin. li. 22.
c. 3.*

*Pretiosissi-
ma omni-
um coronae
graminea.*

*Plin. li. 23.
c. 4.*

*Quare Imperatores
corona gra-
minea do-
narentur.*

*Corona
vallaris.*

Muralis

tem introducta, vt idē Plinius testa-
tur, q̄ sit clarissimū deditiōis signū,
cūm victi herbā porrigebant. Hoc
aut̄ significat, q̄ milites sui ducto-
ris industria, & fortitudine seruati
herbā illi reddentes demonstrabāt,
quanto periculo expositi fuerint,
vt nō nisi deditio deficeret. Quod
si verū est, Romanos; vt ex eorū dē
scriptoribus intelligitur, gramine,
de more antiquo, Martē coronas-
se: corona hæc significare poterit
illos loco Martis haberi, & corona-
ri ab ipsis. Et si herbæ cōuenit pro-
prietatē attendere: decuit tales ex
ea coronas fieri, cuius pprius est sã
guinē sistere: quo vita sustinetur,
cū aliàs sine dubio periclitaretur.

Vallares eis dabātur, qui primi
vallū hostis fuissent ingressi, vbi se
is fossis, & vallis munierat. Erāt aut̄
aureæ, cū quibusdā quasi polis ere-
ctis æquali spatio, ac si affixi foret.

Murales erant & ipsæ aureæ, in
muri cum pinnis similitudinem du-
ctæ: dabanturq; his, qui primum in
urbium oppugnationem mœnia
conscenderint.

Rostrata

Rostratæ dictæ sunt, quæ pari ra-
tione cōferre bātur ijs, qui bello na-
uali primi omnium in hostium naues
cōscēderint, formabātur autē pro-
ris æquē dispositis, inter quædam
lauri folia, vt antiqua ipsa numisma
ta testantur. Nominis autem ratio
est, quod proræ extremitas à simili-
tudine rostrum vocaretur.

Ciuica verò corona Romano ci-
ui tribuebatur, qui ciuē suū, ne ab
hoste perimeretur, seruarat, fiebat-
que ex quercu: quæ arbor aiunt, ho-
minum vitā quondā aluit, qui solo
eius fructu cōtēti nutriebātur. Qd̄
equidē certius existimo, q̄ q̄ Ioui,
& Iuoni arbor dicata esset: quibus
suarū urbium custodiā tribuebant.

Triumphales, legionū ductores
coronabāt, post quinque; subiugatas
prouincias, aut quinque; hostium mi-
lia trucidata in bello. Fiebantq; ex
lauro, nec alibi, quàm Romæ in A-
uentino monte exorta.

Erat et̄ minor triumphus, qm̄ nul-
lo effuso sanguine vincebantur ho-
stes, vel negocium minoris erat mo-
mēti. Tūc ex myrto corona plecte-
batur:

Rostrata.

*Corona ci-
uica.*

*Corona
thiūpha-
les.*

*Corona
myrtea.*

batur: de qua dictū ē significari Ve-
nerē tunc tēporis arma exercuisse,
vt Mars interim quiesceret. Muta-
batur, & sapius, hæc corona: q̄ in-
terdum in Ouatione vterētur oli-
ua, sicut in triūphis myrto. Sed in
his frēq̄ntior fuit laurea, quæ solūm
triumphi die gestabatur. Vnus Cæ-
sar quinq̄ies triūphatus ea perpe-
tuō ex Senatusconsulto vsus est ob
caluitiū cooperiēdum: vel, vt plu-
res asserunt, ob ambitionē ostentā-
dā, quasi p̄petuō de victis triūpha-
ret. Facta est & ex auro, & appella-
ta Ethrusca. Quæ q̄m̄ grauis, cōsue-
ta est à seruo post ipsum triūphā-
tē gestari. Hinc ē cōceptum, ut pro-
uincię coronas offerret, & impositū
uestigal cōtribuerēt. De quo in po-
sterioribus Iustiniani Codicis libris
agitur, sub titulo de auro corona-
rio; quod sic explicatur uerē, reli-
quis interpretationib' nō admissis.
Trium uerō coronarum, quibus
postea Impatores inaugurari soliti
sunt, prima, q̄ scēna esse dicitur, pa-
cē, & hubertatem significat: quam
subditis omni studio, & diligentia
indu-

*Corona
Ethrusca.*

*Rubrica
de auro co-
ronario.*

*Corona
Imperato-
ria.*

inducere debet. Altera est ferrea
fortitudinē denotans. Tertia uerō
aurea, diuitias, & prosperitatē pro-
mittens. Quod autē ad Summorū
Pontificum Tiaram p̄tinet, in qua
tres coronæ coniūctim spectātur,
planē in omnes orbis terrarum
principis præstantia denotatur.

Ad Romanas autem coronas re-
uertentes inuenimus omnium p̄ter
triūphalē, priuilegiū fuisse, vt publi-
cē gestarentur: quod cæteris nō li-
cebat, quanuis ex vulgarib' essent,
quibus sua quisq; ī domo vteretur.
Et hoc est, qđ de L. Fulvio argenta-
rio narratur: qđ ē suo tabernaculo
rosea corona cinctus imprudenter
egressus diu in carcerem coniectus
est. Atq; itē, qđ ī hanc vsu receptam
legē peccauerit P. Munaci', aususq;
fuerit floreā coronā, quā ex Marfia
capite substulerat, sibi imponere,
& in publicum p̄dire: iusta habita
fuit animaduersio Triumuirorum,
cum in carcerē missus ad Tribunos
plabis appellasset: vt Plini' scribit,
vbi duodecim tabularū legē refert
q̄ satis ad rē curiositatis habet: nec
parūm

*Tiara Pon-
tificum.*

*Coronarū
v̄sus.*

*Plin. li. 21
c. 3.*

parum est difficilis, nisi ut ego suspi-
cor verum esse, interpretemur. Cum
ergo quispiam Ciuis Romanus p se,
ac p familiam suam, q vt plurimum tunc
temporis ex seruis constabat; milita-
ret, qdquid illi fecissent, eorum domi-
nis ascribebatur. Et ppter ea si forte
vnus ex illis seruis aliquam ex pra-
dictis coronam pmeruerat, non sibi
sed dno (vt crediderim) tribueba-
tur ex comuni lege. Quicquid acq-
rit seruus, acquirit dno. Verba au-
tem legis haec sunt: Qui coronam parit
ipse, pecuniave eius virtutis ergo
arguitur. Et quod apud eundem co-
sequenter legitur, quodq; ex his cla-
rius manet, huic nostrae interpreta-
tioni suffragatur: sed maxime diui-
nae scripturae locus, in quo seruus
pecunia dicitur dni sui. Nec alie-
num est, quod Vlpianus dixit, pecu-
niae nomine etiam corpora conti-
neri, nemo est, quin approbet.

Ceterum quauis praedicta omnia ad
honoris, & pmij coronas ptineant:
nonnihil de pbrosis coronis in de-
decus impositis dicere non recusa-
mus. Talis apud antiquos erat illa,
qua

*Lex. 12. ta
bularum.*

*Qui coro-
nam parit
ipse pecu-
niae eius,
virtutis
ergo argui-
tur.*

*De pecunie
ff. de verb.
& rer. sig.*

*Corona la-
nea pro-
brisa.*

qua coronabant mariti suarum vxo-
res lenones: eaq; ex lana fiebat, of-
ficijs femineis nata. Vnde apud A-
thenienses, cum aliqua feminam pepe-
rerat, virgā cum lana suspendebant:
sua aut masculum, oliuae ramum in co-
ronam circumductum. In signum, q ad co-
lendum arua nasceretur: vel ad stu-
diorum exercitia, q ibi in primis pfi-
tebantur. Vt aut hac in re cocluda-
mus, Sacerdotum coronas obliuisci
non possumus, q proculdubio omni-
bus erant eius formae, qua religiosi
vtuntur. Vbi simul rasura comon-
stratur, seruorum olim signum: & dein-
de corona ipsa, ad enuntiandum sa-
cras scripturae veritatem, docentis. Sa-
pientem seruum esse coronandum. Et qd
Diuus Ioannes in Apocalypsi dixit
de his praefertim, qui vt Dei mini-
stri, eius mancipantur ministerio:
Qui fecit nos regnum, & Sacerdo-
tes. Qui vero impietate contendunt, oes
promiscue sic appellari, & sine villo
discrimine, etiam laicos Sacerdotes
esse, manifesti erroris conuincuntur.
Quod aut eo in loco Diuus Ioan-
nes ait, satis est, vt verissimum sit in
omni-

*Corona
Sacerdotum*

Prouer. 7.

Apoc. 1.

1. Cor. 2.
 & 3.6.

Libra, latine vari
 cultus.
 Lux.

Matt. 17

omnibus, si de Sacerdotio mystico (non autem legali) interpretemur: in quo singuli iustorum, qui & templa sunt Spiritus sancti, sacrificare dicuntur, cum dignas in corde suo laudes Deo referunt, & seipso sacrificant.

Cap. 35. De coloribus, eorumque significatis.

Obtinet & colores suum in hoc tractatu locum: ex quibus certe sunt significationes in ijs, quas vulgus Libreas. i. seruorum, seu familiae vnius formae indumenta in se varia. Necessarium igitur arbitramur aliquid de illis enarrare. Primus occurrit candidus color, lucis Symbolum, & pindex boni, quod omnibus amat esse conspicuum, & se cunctorum oculis exponit: nam est diuerso malum non est tale. Quod autem lux albior ceteris rebus sit, licet nil corporis in se habeat, sed solum splendor, & claritas: optimè faciunt Diui Matthaei verba, ubi de Christi in Monte Thabor transfiguratione loquitur. Nam ubi latine dicunt, vestimenta alba, sicut nix, in graeco legitur, ut lux, qua cum puritas intelligatur, iure introducendum est,

est, ut & castitatem significaret.

Ater color est diuerso malum significat. Nec immerito Horatius ait, Hic niger est, hunc tu, Romane, cauet. Est etiam in scripturis locus Davidis in Psalmo, cui titulus est, Pro Chusi filio Gemini. Nam Chusi, atrum significat. In quo Saulem intelligit, sic ab eo praeter atros mores appellatum.

Terreus, quem nos pardum dicimus, laborem denotat ab ipsa terra, quae homini in hereditatem data est, ut operaretur in ea.

Viridis spes designat, propter segetum, ac frugum colorem, cum fructus ad commune alimentum promittuntur.

Croceus spei opponitur, eadem ratione, quod uiridia tandem pallescant, & arescant.

Aureus color ad firmitatem spectare dicitur, quod aurum perfectissimum sit omnium metallorum: quod nec igne quidem corrumpitur, sed magis enitescit.

Purpureus, quem nos incarnatum dicimus, sauitiam praese ferre existimatur: sumpta huius vulgaris apud nos

Malum.

Horatius.
 P. 7.

Labor.

Spes.

Desperatio.

Firmitas.

Sauitia.

nos allusione nominis, seu a verbo encarnizar, quod ferarum immanitatis est proprium.

Zelus.

Ceruleus zelum in amore significat, à vulgari etiam appellatione, & propter marinæ aquæ similitudinē, cuius erat Symbolum, iuxta illud, quod de Ceruleo vexillo Romano Duci ob naualem Victoriā donato diximus.

Angustia.

Leoninus, siue fuluus angustiam ostendit. Nec alia mihi subest ratio, quā propter terrorem, quem hoc animal aspectu, & rugitu ceteris incutit. Sed demum, ne in his immoremur,

Vindicta.

Pf. 50.

*Libera me
de sanguinibus.*

Rubri coloris similitudo cum sanguine vindictam minatur, quo in facris peccata intelliguntur: quæ Deo ulciscitur. His habitis, quæ ad emblemata, & Symbola pertinent, plura consultò omisimus, ne amplius in præludijs immoremur. Et tandē ad uberiores, & utiliores doctrinam deueniamus, quam sequenti libro Deo Duce auspicamur.

FINIS PRIMI LIBRI

Emblematum Moralium.